AD

EXAMINA

GYMNASII FRIDERICIANI

DIE XXIII ET XXIV MENSIS MARTII INSTITUENDA

ORATIONESQUE,

QUIBUS IUVENES ACADEMIAE SPATIA ADITURI SCHOLAE NOSTRAE VALEDICENT,

AUDIENDAS

SUMMA CUM REVERENTIA

GYMNASII DIRECTOR ET PRAECEPTORUM COLLEGIUM

INVITANT.

Insunt: Commentaria IUNILII FLAGRII, T. GALLI et GAUDENTII in Virgilii septem priores eclogas, nunc primum ex codice Bernensi edita a **Carolo Guilielmo Müllero**, Thuringo, philos. Dr., Gymnasii Fridericiani Professore et Directore.

Annales Gymnasii.

RUDOLPHIPOLI

MDCCCXLVII.

TYPIS FROEBELIANIS.

Ordnung der am 23sten und 24sten März stattfindenden Prüfungen.

Stunde.	Classe.	Gegenstand.	Lehrer.	Classe.	Gegenstand.	Lehrer.
	Erster Tag.			**Zweiter Tag.**		
8—9.		Gesang. Rede des Hrn Prof. Obbarius.		I.	Exercit. extemp.	Müller.
				III.	Geschichte.	Klußmann.
9—10.	I.	Thucydides.	Müller.	I. II.	Hebräisch.	Wächter.
	III.	Religion.	Günsche.	III.	Deutsch.	Klußmann.
	V.	Deutsche Sprache	Hercher.	V.	Latein.	Hercher.
10—11.	I.	Horat.	Obbarius.	II.	Homer & Xen.	Müller.
	III.	Xenoph. Anab.	Wächter.	III.	Homer.	Wächter.
	IV.	Latein. Gramm.	Klußmann.	IV.	Deutsch.	Hercher.
11—12.	I.	Mathematik.	Böttger.			
	III.	Französisch.	Gascard.			
	IV. V.	Geographie.	Klußmann.			
2—3.	I.	Sophocles.	Müller.	I.	Cic. Tusc. Quaest.	Obbarius.
	III.	Geometrie.	Böttger.	II.	Französisch.	Gascard.
	IV.	Griechisch.	Wächter.			
3—4.	II.	Virgilius.	Obbarius.		Translocation in allen Classen.	
	III.	Caesar.	Klußmann.			
	V.	Rechnen.	Böttger.			

Am Dienstag wird beim Beginn der Prüfungen der Abiturient Rübesamen in einer lateinischen Rede nachzuweisen suchen: Quid fuerit, quod Gracchi in republica Romana mutare voluerint, et qua re studium eorum irritum factum sit, und um 2 Uhr wird der Abitur. Steiger ein von ihm selbst gedichtetes Gedicht „die Flucht der Zeit" vortragen. Ferner wird am zweiten Tage um 8 Uhr, der Abitur. Sörgel, ein von ihm selbst verfaßtes Gedicht: „Klopstock ein Muster für deutsche Jünglinge" vortragen, und der Abitur. Buchmann um 3 Uhr in einer deutschen Rede nachzuweisen suchen: „Wie kann und soll man gegen ein Gymnasium den Dank für die in ihm erlangte Bildung aussprechen."

Virgilius tam quo tempore vivebat valde et a ceteris Romanis et ab Augusto Caesare eiusque amicis honoratus, quam mortuus paene divino honore propter carmina sua inter litteras Romanas excellentia dignatus est. Qua etiam de causa in eius carmina a viris paene aequalibus et a multis aliis, qui vel breviore, vel longiore temporis spatio ab eo disiuncti erant, commentaria scripta esse, mirum non est. Ex quibus, quum plurima in temporum decursu, nonnulla, ut videtur, optimo iure interierunt, nos nunc haurire non possumus, sed derivati ex iis parvi rivuli adeundi sunt. Facta enim sunt ex illis commentariis excerpta et haec ab aliis scriptoribus in brevius contracta sunt, quibus excerptis excerptorum nobis licet uti.

Primum Suringarius in „Historia critica scholiastarum Latinorum" anno 1834 edita, non solum quaecunque de scholiastis Virgilii cognita sunt summa cum diligentia collegit, sed etiam specimen scholiorum ineditorum ex codice, qui in bibliotheca Lugdunensi inter libros Vossianos servatur, publicavit. Deinde anno 1841 ego in „Analectorum Bernensium" particula tertia ex codice Bernensi 172 specimen scholiorum, quae scholiis codicis Vossiani, mihi illo tempore incognitis, persimila sunt, edidi. Codex vero ille Bernensis multo plura atque Vossianus continet, quod collatis Analectis meis cum Suringarii historiae criticae part. 2. pag. 272. sqq. quisque intelliget. Bernensis codex perbene saeculo decimo, ut videtur, scriptus continet eclogas, georgica. Aeneidos quatuor priores libros et quintum usque ad versum 852. In primo eius folio nomen P. Danielis, prioris possessoris legitur *), in secundo Octaviani carmen: Ergone supremis et vita Virgilii, quae ad Donatum auctorem refertur, et alia non integra vita. In inferiore paginae parte carmen dedicatorium his verbis adscriptum est:

Contulit alme tibi pater hunc Benedicte libellum
Ildemarus alumnus et ipse tuus monazonta.

In tertio folio nonnulla „de figuris Graecorum" leguntur, quae coniungenda cum iis esse videntur, quae in eiusdem codicis folii vicesimi tertii pagina adversa de eadem re leguntur. Quartum folium vacuum est, in quinto 47 primae eclogae a manu recentiore scripti versus leguntur, quos reliquae eclogae cum scholiis, folia usque ad vicesimum secundum occupantes, sequuntur. — Tum Dübnerus Parisiis in

*) Vide hoc nomen lithographices ope depictum in Analectorum Tab. VII. specim. 8.

bibliothecae regalis cod. 8209. scholia perbona invenit, quorum specimen in libri Gallice scripti, cuius titulus est: „Revue de philologie“ vol. 1. part. 1. anno 1845 edidit, et Dr. M. Hertz, vir doctissimus, mihi narravit, Romae tertium codicem Vossiano et Bernensi simillimum repertum esse; ita ut fortasse brevi tempore futurum sit, ut haec scholia triumvirorum grammaticorum ex tribus codicibus emendata et ex Parisino aucta edantur. Interim, quum apta mihi oblata sit occasio, scholia, quae in codice Bernensi ad septem priores adscripta sunt eclogas, nunc integra publico, et alio tempore scholia in reliquas eclogas et georgica sequentur.

Codicem Vossianum aut ex Bernensi descriptum esse, aut utrumque eidem archetypo codici originem debere, mihi propter duas subscriptiones, quae in utroque codice leguntur, persuasi. Ad versum enim 77 decimae eclogae haec in Bernensi codice adnotata sunt: Haec omnia de commentariis Romanorum congregavi, id est Titi Galli et Gaudentii et maxime Junilii Flagrii. Mediolanenses, quae eadem in Vossiano, mutato vocabulo Mediolanenses in Mediolanentium inveniuntur; et quae in codice Bernensi ad finem primi georgicorum libri leguntur: Titus Gallus de tribus commentariis Gaudentius haec fecit, ea sic: Titus Gallus de tribus commentariis Gaudentii haec scripsit in codice Vossiano sunt scripta. Secundum priorem subscriptionem incognitus grammaticus trium commentariorum excerpta in uno volumine coniunxit, quod revera factum esse ex scholiis ipsis apparet, in quibus saepissime ad idem vocabulum tres adnotationes adpositae sint. Omnia igitur ea, quae in hoc codice ad versus Virgilii adscripta sunt, ex commentariis Junilii Flagrii, Gaudentii et Titi Galli hausta esse, persuasum mihi est; sed ad quem auctorem glossa quaeque pertineat, quum eorum nomina raro adposita sint, dici non potest.

De his grammaticis exponendi voluntas mihi non est, ne in provinciam, a viris doctissimis iam occupatam haud satis armatus incurram. De Junilio enim Flagrio, vel Junio Philargyrio, egit Fridericus Osann in libro: „Beitraege zur Griech. u. Roem. Litteraturgeschichte“ T. II. p. 281 — 287., et Philippus Wagner, non immemor Analectorum Bernensium, in epistola critica ad Peerlkampium scripta commentationis de Junio Philargyrio partem priorem anno 1846 dedit. Codicem Bernensem fidelissime quidem publicandum curavi, attamen ubi necessarium mihi esse videbatur, lectore nunquam non monito, nonnulla mutavi et interposui.

VIRGILII VITA.*)

P. Virgilius Maro, Mantuanus, parentibus modicis fuit ac praecipue patre, quem quidam opificem figulum, plures Magi [1] cuiusdam viatoris mercenarium, mox ob industriam generum tradiderunt, egregieque substantia silvis coëmendis et apibus curandis auxisse regulam. [2] Natus est Gn. Pompeio Magno et M. Licinio Crasso primum coss. iduum Octobrium die in pago, qui Andes dicitur et abest a Mantua non procul. Praegnans cum mater somniavit, enixam se laureum ramum, quem contacta [3] terra coaluisse et excrevisse illico [in] speciem maturae arboris refertaeque variis pomis et floribus, ac sequente luce cum marito rus propinquum petens ex itinere devertit atque in subiecta fossa partu levata [4] est. Ferunt infantem, ut sit editus, neque vagisse et adeo miti vultu fuisse, ut haud dubiam spem prosperioris geniturae iam tum daret, et accessit aliud praesagium. Siquidem virga populea more regionis in puerperiis eodem statim loco depacta ita brevi evaluit tempore, ut multo ante satas populos adaequavisset, quae arbor Virgilii ex eo dicta atque etiam consecrata est summa gravidarum ac fetarum religione, et suscipientium ibi et solventium vota. Initia aetatis Cremonae egit usque ad virilem togam, quam XVII anno natali suo accepit iisdem illis consulibus iterum duobus, quibus erat natus, evenitque, ut eo ipso die Lucretius poeta decederet. Sed Virgilius a Cremona Mediolanum et inde paulo post transit in urbem. Corpore et statura fuit grandis, aquilo [5] colore, facie rusticana, valetudine vâria, nam plerumque a stomacho et a faucibus ac dolore capitis laborabat, sanguinem etiam saepe reiecit; cibi vinique minimi, [6] libidinis in pueros pronioris, [7] quorum maxime dilexit Cebetem et Alexandrum, quem secunda bucolicorum ecloga Alexim appellat, donatum sibi ab Asinio Pollione, utrumque non ineruditum, Cebetem vero et poetam. Vulgatum est consuesse [8] eum et cum Plotia Gleria, sed Asconius Pedianus adfirmat, ipsam postea maiorem natu narrare solitam, invitatum quidem a Vario ad communionem sui, verum pertinacissime recusasse. Cetera sane vitae et ore et animo tam proba [fuisse] [9] constat, ut Neapoli Parthenias vulgo appellatus sit, ac si quando Romae, quo rarissime commeabat, viseretur in publico sectantis demonstrantisque se suffugere [solitus] [10] in proximum tectum. Bona vero cuiusdam exulantis offerente Augusto non sustinuit accipere. Possedit prope centies sestertium ex liberalitatibus amicorum habuitque domum Esquiliis iuxta hortos Maecenatis, quamquam secessu Campaniae Siciliaeque plurimum uteretur. Parentes iam grandis amisit, ex quibus Palem [11] captum oculis et duos fratres germanos, Silonem impuberem, Flaccum iam adultum, cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet. Inter cetera studia medicinae quoque ac maxime mathematicae operam dedit; egit et causam apud iudices unam omnino nec amplius quam semel, nam et in sermone tardissimum ac paene indocto

---

*) Ea vita est, quae ad Donatum auctorem refertur et a Burmanno (vol. I. p. I — XIV.) aliisque edita est. 1) Sic in cod. legitur, non *Magii*. 2) Nonnulla verba hic excidisse videntur. Cf. Burmanni edit. 3) In cod. legitur: *contracta*. 4) In codice est: *leviata*. 5) In codice legitur: *aquili colore*. 6) In codice: *minime*. 7) Scriptum est in codice: *pronior. his quorum* rel. 8) In codice: *consuisse*. 9) In codice: *tam probai constat*. 10) *Solitus* deest in codice. 11) *Palem* in codice legitur, non *patrem*.

similem fuisse Melissus tradidit. Poëticam puer adhuc auspicatus in Balistam, ludi magistrum, ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus, distichon fecit:

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus;
Nocte, die tutum carpe viator iter.

Deinde catalecton et Priapeia et epigrammata et diras, item cirim*) et culicem, cum esset annorum XVI, cuius materia talis est: pastor fatigatus aestu cum sub arbore condormisset, et serpens ad illum proreperet e palude, culex provolavit atque inter duo tempora aculeum fixit pastori. At ille continuo culicem attrivit et serpentem interemit ac sepulchrum culicis statuit et distichon fecit:

Parve culex, pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium vitae pro munere reddit.

Scripsit etiam Aetnam, de qua ambigitur. Mox cum res Romanas inchoasset, offensus materia ad bucolicum [12]) transiit, maxime ut Asinium Pollionem, Alphenum Varum et Cornelium Gallum celebraret, quia in distributione agrorum, qui post Phillipensem victoriam veteranis triumvirorum iussu trans Padum dividebantur, indemnem se praestitissent. Deinde georgica [13]) [edidit] in honorem Maecenatis, qui sibi mediocriter adhuc noto opem tulisset adversus veterani cuiusdam violentiam, a quo in altercatione litis paulum abfuit, quin occideretur. Novissime Aeneidem inchoavit, argumentum varium ac multiplex et quasi amborum Homeri carminum [14]) instar, praeterea nominibus ac rebus Graecis Latinisque commune et in quo, quod maxime studebat, Romanae simul urbis et Augusti origo contineretur. Cum georgica scriberet, traditur cotidie meditatos mane plurimos versus dictare solitus ac per totum diem retractando ad paucissimos redigere, non absurde carmen se more ursae parere dicens et lambendo demum effingere. Aeneida prosa prius oratione formatam digestamque in XII libros particulatim componere instituit, prout liberet quidque, et nihil in ordinem arripiens, ut ne quid impetum moraretur, quaedam imperfecta transmisit, alia levissimis verbis veluti fulsit, quae per iocum pro tibialibus interponi aiebat ad sustinendum opus, donec solidae columnae advenirent. Bucolica triennio, georgica VII, Aeneida XI perfecit annis. Bucolica eo successu edidit, ut in scena [15]) quoque per cantores crebro pronuntiarentur. Georgica reverso post Actiacam [16]) victoriam Augusto Atellae reficiendarum [17]) faucium causa commoranti per continuum quatriduum legit, suscipiente Maecenate legendi vicem, quotiens interpellaretur ipse vocis offensione. Pronuntiabat autem cum suavitate, cum lenociniis miris, et Seneca tradidit, Iulium Montanum poëtam solitum dicere, involaturum se Virgilio quaedam, si et vocem posset et os et hypocrisin; eosdem enim versus, ipso pronuntiante, bene sonare, sine illo inanes esse mutosque. Aeneidos vixdum coeptae tanta extitit fama, ut Sextus Propertius non dubitaverit sic praedicare:

Cedite, Romani scriptores, cedite Graii.
Nescio quid maius nascitur Iliade.

Augustus vero, nam forte expeditione Cantabrica aberat, supplicibus atque etiam minacibus per iocum litteris efflagitabat, [18]) ut sibi de Aeneide, ut ipsius verba sunt, vel prima carminis hypographia, vel quodlibet colon mitteret, cui tamen multo post perfectaque demum materia tres omnino libros recitavit, secundum, quartum, sextum, sed hunc notabili Octaviae adfectione, quae, cum recitationi interesset, ad illos de filio suo versus: Tu Marcellus eris, defecisse fertur atque aegre focillata est. Recitavit et pluribus, sed neque frequenter et ea fere, de quibus ambigebat, quo magis iudicium hominum experiretur. Erotem, librarium et libertum eius, exactae iam senectutis, tradunt referre solitum, [ali]quando eum in recitando duos dimidiatos versus complesse ex tempore, nam cum hactenus haberet: Misenum Aeolidem, adiecisse: quo non praestantior alter; item huic: aere ciere viros, simili calore laetatum subiunxisse: Martemque accendere cantu, statimque sibi imperasse, ut utrumque volumini adscriberet. Anno aetatis quinquagesimo secundo impositurus Aeneidi

---

*) In cod.: cirimus. 12) In cod.: bucolicam. 13) Cod.: Georgicam in. 14) Cod.: carmini. 15) Cod.: scenam. 16) In cod.: Attiacam. 17) In cod.: reficendarum. 18) In cod.: efflagitaret.

summam manum [19]) statuit in Graeciam et in Asiam secedere triennioque continuo nihil amplius quam emendare, ut reliqua vita tantum philosophia vacaret: sed cum ingressus iter Athenis occurrisset Augusto ab oriente Romam revertenti destinaretque non absistere atque etiam una redire, dum Megara, vicinum oppidum, ferventissimo sole cognovit, languorem nactus est eumque non intermissa navigatione auxit, ita ut gravior aliquanto Brundisium appelleret, ubi diebus paucis obit XI. Kal. Octobr. Gn. Festio, Qu. Lucretio coss. Ossa eius Neapolim translata sunt tumuloque condita, qui est via Puteolana intra lapidem secundum, in quo distichon fecit tale:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini pascua, rura, duces.

Heredes fecit ex dimidia parte [20]) Valerium Proculum, fratrem alio patre, ex quarta Augustum, ex duodecima Maecenatem, ex reliqua L. Valerium et Plotium Tuccam, qui eius Aeneidem [21]) post obitum iussu Caesaris emendarunt, de qua re Sulpicii Carthaginiensis extant huiusmodi versus:

Iusserat 22) haec rapidis aboleri 23) carmina flammis
Virgilius, Phrygium quae cecinere ducem.
Tucca vetat Variusque, simul tu, maxime Caesar,
Non sinis et Latiae consulis historiae.
Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni,
Et paene est alio Troia cremata rogo.

Egerat cum Vario, priusquam Italia decederet, ut, si quid sibi accidisset, Aeneida combureret, et is facturum se pernegarat; igitur in extrema valetudine assidue scrinia desideravit, crematurus ipse, verum nemine offerente nihil quidem nominatim de ea cavit, ceterum eidem Vario ac simul Tuccae scripta sua sub ea conditione legavit, ne quid ederent, quod non a se editum esset. Edidit autem auctore Augusto Varius sed summatim emendata, ut qui versus etiam imperfectos, si qui erant, reliquerit, quos multi mox supplere conati non perinde valuerunt ob difficultatem, quod omnia fere apud [eum] hemistichia [24]) absoluto perfectoque sensu, praeter illud: quem tibi Troia. Nisus grammaticus audisse [se] a senioribus aiebat, Varium duorum librorum ordinem commutasse et qui nunc secundus sit [25]) in tertium locum transtulisse, etiam primi libri correxisse principium his versibus demptis:

Ille ego qui silvas gracili modulatus avena
Carmine et egressus silvis vicina coëgi,
Ut quamvis avido parerent arva colono,
Gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis
Arma virumque cano.

Obtrectatores Virgilio nunquam defuerunt, nec mirum, nam nec Homero quidem. Prolatis bucolicis innominatus quidam scripsit antibucolica [26]) duas modo eclogas, sed insulsissime *παρῳδήσας*, quarum prioris initium est:

Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?

sequentis:

Dic mihi, Damoeta, cuium pecus, anne Latinum?
Non, verum Aegonis nostri, sic rure loquuntur.

Alius, recitante eo ex georgicis: nudus ara, sere nudus, subiecit: et habebis frigora, febrem. Est et adversus Aeneida liber Carvilii [27]) Pictoris titulo Aeneomastix. M. Vipsanius a Maecenate eum suppositum appellabat novae *κακοζηλίας* [28]) repertorem, non tumidae nec exilis, sed ex communibus verbis atque ideo [29]) latentis. Herennius tantum vitia eius, Perilius [30]) Faustus furta contraxit. Sunt et Qu. Octaviani [31]) homoeoteleuton octo

19) In codice: summa manu. 20) Codex: ex dimidiam partem. 21) Codex: Aeneidam. 22) In codice: Luserat. 23) Codex habet: abolere. 24) In codice: apud emisthicha. 25) Hoc vitiosum est. Burmann. scripsit: qui tum secundus erat. 26) Haec vitiose in codice tali modo scripta sunt: bucolicis numinatoris quidam repsitanti bucolica. 27) In codice: carbili. 28) In codice: cacozelic. 29) Codex habet: adeo. 30) Codex: perellius. 31) Codex: sunt et quae octaviani homaeotheleuton.

volumina quos et unde versus transtulerit continentia.[32]) Asconius Pedianus libro, quem contra obtrectatores Virgilii scripsit, pauca admodum obiecta ei proponit eaque circa historiam fere, et quod pleraque ab Homero sumpsisset, sed hoc ipsum crimen sic defendere assuetum ait: Cur non illi [33]) quoque eadem furta temptarent? Verum intellecturos, facilius esse Herculi clavam, quam Homero versum subripere. Et tamen destinasse decedere, ut omnia ad satietatem malevolorum decideret.

Quoniam de auctore summatim diximus, de ipso carmine iam dicendum est, quod bifariam tractari solet, id est ante opus et in ipso opere. Ante opus, titulus, causa, intentio; titulus, in quo quaeritur, cuius sit, causa, unde ortum sit et quare hoc potissimum sibi ad scribendum poeta praesumpserit, intentio, in qua cognoscitur, quod efficere conetur poeta. In ipso opere sane tria expectantur, numerus, ordo, explanatio. Quamvis igitur multa *ψευδεπιγράφως*, id est falsa inscriptione sub alieno nomine sint prolata, ut Thyestes tragoedia huius poetae, quam Varius [34]) suo nomine edidit, et alia huiusmodi, tamen bucolica liquido Virgilii esse minime dubitandum est, praesertim cum ipse poeta, tanquam hoc metuens, principium huius carminis et in alio carmine suum esse testatur sic dicendo:

Carmina qui lusi pastorum audaxque iuventa,
Tityre, te patulae cecini sub tegmine fagi.

Bucolica autem et dici et recte dici, vel hoc iudicio probasse suffecerat, quod eodem nomine apud Theocritum censeantur, verum ratio quoque demonstranda est. Tria genera pastorum sunt, quae dignitatem in bucolicis habent, quorum minimi [35]) sunt, qui *αἰπόλοι* dicuntur a Graecis, a nobis caprarii; paulo honoratiores [qui] *μηλονόμοι ποιμένες*, id est opiliones, dicuntur; honoratissimi et maximi *βουκόλοι*, quos bubulcos dicimus. Unde igitur magis decuit pastorali carmini nomen imponi, nisi ab eo gradu, qui fere apud pastores excellentissimus invenitur? Causa dupliciter inspici solet, ab origine carminis et a voluntate scribentis. Originem autem bucolici carminis alii ob aliam causam ferunt. Sunt enim etiam, qui a Lacedaemoniis pastoribus Dianae primum carmen hoc redditum dicant, cum eidem deae per bellum, quod toti Graeciae illo tempore Persae inferebant, exhiberi per virgines de more non posset. Alii ab Oreste circa Siciliam vago id genus carminis Dianae redditum loquuntur, et redditum per ipsum et pastores, quo tempore de Scythia Taurica cum sorore profugerat, subrepto numinis simulacro et celato in fasce lignorum, unde Fascelinam Dianam perhibent nuncupatam, apud cuius aras Orestes per sacerdotem eiusdem numinis Iphigeniam, sororem suam, a parricidio fuerat expiatus; alii Apollini *νομίῳ*, pastorali scilicet deo, qua tempestate Admeto oves paverat; [36]) alii Libero, Nympharum et Satyrorum et id genus numinum principi, [37]) quibus placet rusticum carmen; alii Mercurio, Daphnidis patri, pastorum omnium principis et apud Theocritum et apud hunc ipsum poëtam; alii in honorem Panos scribi putant, peculiariter pastoralis dei, et item Sileni, Silvani atque Faunorum. Quae cum [38]) omnia dicantur, illud erit probabilissimum, bucolicum carmen originem ducere a priscis temporibus, quibus vita pastoralis exercitata [erat], et ideo velut aurei saeculi speciem in huiusmodi personarum simplicitate cognosci, et merito Virgilium, processurum ad alia carmina, non aliunde coepisse, nisi ab ea vita, quae prima in terris fuit; nam postea rura culta et ad postremum pro cultis et feracibus terris bella suscepta. Quod videtur Virgilius in ipso ordine operum suorum voluisse monstrare, cum pastores primo, deinde agricolas canit et ad ultimum bellatores. Restat, ut, quae causa voluntatem attulerit poëtae bucolica potissimum conscribendi, considerare debeamus. Aut enim dulcedine carminis Theocriti ad imitationem eius illectus est, aut ordinem temporum secutus est circa vitam humanam, quod supra diximus, aut cum tres modi sint elocutionum, quos *χαρακτῆρας* Graeci vocant, *ἰσχνός*, qui tenuis, *μέσος*, qui moderatus, *ἁδρός*, qui validus intellegitur, credibile erit, Virgilium, qui omni genere praevaleret, bucolica ad primum modum, georgica ad secundum, Aeneida [39]) ad tertium voluisse conferre, et non ideo potius

---

32) Codex: continent. 33) Codex: nonnulli. 34) Codex: Varus. 35) Codex: minima. 36) In codice: paraverat. 37) Codex habet: principio. 38) Codex: quaecunque oma. 39) Cod.: Aeneidam.

bucolica scripsit, ut in eiusmodi poëmate, quod magis varium et paulo liberius [40]) est, quam cetera, facultatem haberet captandae Caesaris indulgentiae repetendique agri, quem amiserat ob hanc causam. Occiso in curia die III iduum Martiarum G. Caesare, cum Augustum Caesarem paene puerum sibi veterani, non abnuente senatu, ducem constituissent, exorto civili bello Cremonenses cum ceteris eiusdem studii adversarios Augusti Caesaris adiuverunt; unde factum est, ut, cum victor Augustus in eorum agros veteranos deduci iussisset, non sufficiente agro Cremonensium, Mantuani quoque, in quibus erat etiam poeta Virgilius, maximam partem finium suorum perdidissent eo, quod vicini Cremonensibus fuerant. Sed Virgilius merito carminum fretus et amicitia quorundam potentium centurioni Arrio cum obsistere ausus esset, ille statim, ut miles, ad gladium manum admovit, cumque se in fugam proripuisset poeta, non prius finis persequendi fuit, quam se in fluvium Virgilius coniecisset atque in alteram ripam enatavisset. Sed postea per Maecenatem et per triumviros agris dividendis Varum, Pollionem et Cornelium Gallum, fama carminum commendatus Augusto et agros recepit et deinceps imperatoris familiari amore perfruitus est. Intentio libri, quam σκοπόν Graeci vocant, in imitatione Theocriti poëtae constituitur, qui Siculus atque Syracusanus fuit, et est intentio etiam in laude Caesaris et principium ceterorum, per quos in sedes suas atque agros rediit, unde effectus finisque carminis et delectationem et utilitatem secundum praecepta confecit. [41]) Quaeri solet, cur non ultra quam X eclogas scripserit, quod nequaquam mirum videbitur ei, qui consideraverit, varietatem scenarum pastoralium ultra hunc numerum non potuisse proferri; praesertim cum ipse poëta circumspectior Theocrito, ut ipsa res indicat, videatur metuere, ne illa ecloga, quae Pollioni scribitur, minus rustica iudicetur, cum id ipsum praestruxit dicens: Sicelides Musae, paulo maiora canamus, et idem similiter in aliis duabus facit. Illud tenendum esse praedicimus in bucolicis Virgilii, neque nusquam, neque ubique figurate aliquid dici, hoc est per allegoriam. Vix enim propter laudem Caesaris et amissos agros haec Virgilio conceduntur, cum Theocritus simpliciter conscripserit, quem hic noster conatur imitari. Sequitur id, quod in ipso carmine tractari solet, id est numerus, ordo, explanatio. Numerus eclogarum manifestus est, nam decem sunt, ex quibus proprie bucolicae septem esse creduntur, quod ex his excipiantur Pollio, Silenus et Gallus. Prima igitur continet conquestionem publicam, privatam gratulationem de agro et dicitur Tityrus; secunda amorem pueri et dicitur Alexis; tertia certamen pastorum et dicitur Palaemon; quarta genethliacum et dicitur Pollio; quinta ἐπιτάφιον et dicitur Daphnis; sexta μεταμόρφωσιν [42]) et dicitur Varus vel Silenus; septima delectationem pastorum et dicitur Corydon; octava amores [43]) diversorum sexuum et dicitur Damon et pharmaceutria; nona proprium poëtae conquestionem de amisso agro et dicitur Moeris; decima desiderium Galli circa Polymniam Cytheridem [44]) et dicitur Gallus. Quod ad ordinem spectat, illud scire debemus, in prima tantum et in ultima ecloga poëtam voluisse ordinem reservare, quando in altera principium constituerit, ut in georgicis ait: Tityre, te patulae cecini sub tegmine fagi, in altera ostenderit finem, quippe cum dicat: Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem. Verum inter ipsas eclogas naturalem consertumque ordinem nullum esse, certissimum est, etsi sunt, qui dicant, initium bucolici carminis non Tityre esse, sed Prima Syracusio dignata est ludere versu. Superest explanatio, quam in ordinem degeremus, cum praedixerimus, illud inprimis tenendum esse, bucolicum carmen usque adeo ab heroico charactere distare, ut versus quoque huius carminis suas quasdam caesuras habeant et suis legibus distinguantur. Nam cum tribus his probetur metrum, caesura, scansione, modificatione, [45]) non erit bucolicus versus, nisi in quo et primus pes partem orationis absolverit, et tertius trochaeus fuerit, et quartus pes dactylus magis, quam spondeus partem orationis terminaverit; quintus et sextus pes cum integris dictionibus fuerint, quod a Theo-

---

40) In codice: poemate magis varium quod et paulo liberius. 41) Scriptum est: perfecit, sed prima syllaba punctis appositis deleta et con supra scriptum est. 42) In codice legitur: μεταμόρφωσις. 43) Codex habet: mores. 44) Codex habet: polimniā citheridem. 45) Codex: edificatione.

crito saepe servatum, tamen [46]) Virgilius victus operis difficultate neglexit, in solo principio, incertum industria sive casu, bucolico versu posito; nam Tityre dactylus partem orationis absolvit, Tityre, tu patulae recubans; tertium trochaeum circa praepositionem quamvis de composita dictione conclusit: Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi; quartum spondeum pro dactylo. Cum partem orationis exhibuit tegmine fagi, integrum comma perfecit, cuius rei diligentiam licet in Theocriti multis versibus admirari. VITA VIRGILII POETAE EXPLICIT.

Publius Vergilius Maro, genere Mantuanus, dignitate eques Romanus, natus idibus Octobribus [47]) Gn. Pompeio, M. Crasso coss.; ut primum se contulit Romam, [48]) studuit apud Epidium oratorem cum Caesare Augusto, unde, cum omnibus Mantuanis agri [49]) auferentur, [50]) quod Antonianis partibus favissent, huic soli concessit memoria condiscipulatus, ut et ipse poeta testatur in bucolicis dicendo: Deus nobis haec otia fecit. In quibus ingenium suum expertus est, favorem quoque Caesaris emeruit, ac deinde georgica conscripsit, et in his corroborato ingenio eius, Aeneida conscripsit, cui finem non potuit imponere raptus a fatis et ideo inveniuntur apud eum versus non peracti, quibus non supervixit ad replendum. Vixit annos LII, amicitia usus imperatoris Augusti et aliorum complurium probatissimorum virorum.

Ad eclog. I.

Vs. 49. *Limoso iunco,* quia iuxta Mincium.

Vs. 50. *Non insueta graves*, id est alienam terram minus quam suam amant; ex hoc enim intellegitur, [1]) Virgilium [2]) non propriam possessionem recepisse. — *Insueta,* digna. — *Temptabunt,* [3]) id est abortivas facere. — *Fetas,* praegnantes, etiam partu liberatas, [4]) id est anticipatio, quia fetae post fetum dicuntur.

Vs. 51. *Nec mala vicini,* id est quia alienae oves tuis non miscentur, a quibus morbos transducere possint. — *Nec mala vicini,* quia fiunt in bono. — *Contagia laedent,* quia ex conversatione pecorum hominibus innascitur.

Vs. 53. *Et fontes sacros,* pro deabus, Nymphis. — *Et fontes sacros,* id est habitacula Nympharum; quia omnibus aquis praesident [5]) ideo habitacula earum [6]) dicuntur. — *Frigus,* quia aestivo tempore frigus sit sub umbra. — *Frigus opacum,* id est nemorosum. — *Frigus opacum,* utrum pro opacis locis, nemoribus, an pro valde frigidis, [7]) incertum est. [8]) — *Captabis*, capies.

Vs. 54. *Hinc tibi quae semper,* id est ab erundate [9]) vicinorum saepes dum remotus habites, quae semper adesse solent.

Vs. 55. *Hyblaeis.* Hybla mons in Sicilia, vel locus in Attica, ubi mel optimum nascitur. GAUDENTIUS dicit; sed tamen IUNILIUS dicit civitatem Hispaniae. — *Hyblaeis apibus,* id est, aptum est hoc loco Hyblaeis apibus salicti florem depascere. Hybla autem mons est in Sicilia, ubi optimum mel fit [rorem]. [10])

Rorem, [11]) florem aptum. — *Depasta,* depascere. — *Salicti,* Salictum a saliendo, id est crescendo, dictum.

---

46) In codice hoc ordine verba sunt scripta: fuerint a theocrito saepe servatum. quod tamen virgilius cet. 47) In codice: Octobris, at in codice Bernensi 167, a me in Analectorum Bernensium particula III. littera 𝔉. significato, legitur Octobribus. 48) In codicibus legitur Romae. 49) In codice agre, at rectum agri in codice 𝔉 invenitur. 50) Non tota haec vita in codice legitur, sed tantum usque ad verba agre aufe. Reliqua hausi ex codice 𝔉, ut integra haec vita edatur, quae nondum typis exscripta esse videtur.

1) Haec est constans scriptura in codice. 2) In codice legitur: Virgilius. 3) Haec in codice est constans scriptura. 4) In codice: libertas. 5) In cod.: praesedunt. 6) In cod.: quorum. 7) In cod.: frigidum. 8) In cod.: sit. 9) Sic in cod. 10) Haec in codice leguntur. 11) Haec diversa in Virgilii versu lectio esse videtur.

Vs. 56. *Saepe levi somnum,* hoc est, dum leviter susurrantes apes audieris ad [12]) somnum inlicieris. — *Saepe.* Sepis [13]) suadebit; hic provocat rusticum ad delicias, quas amat. — *Susurro.* Animal, quod de apibus nascitur, vel nomen avis.

Vs. 57. *Frondator,* rusticus vel animal, quod de floribus nascitur. Tria tamen genera frondatorum sunt. Frondator, qui arbores amputat, et qui a frondibus manipulos [14]) facit hiemis tempore ad pastum pecorum, et qui manibus vitis folia avellit, quo ardor solis uvam reddat maturiorem.

Vs. 58. *Nec tamen interea,* cum haec ita agantur. — *Nec tamen interea,* id est inter haec, dum susurros apium et cantantem frondatorem audieris, non cessabunt palumbes tibi vel turtures gemere. Istae enim aves proprie pro cantu gemitus habent. *Raucae,* sono vocis. — *Raucae* dicuntur, quia rauca [15]) sonant. *Tua cura,* quas diligis. — *Tua cura,* de quibus tibi cura est, quae te delectant. — *Palumbes;* vulgo stecos vocant.

Vs. 59. *Nec gemere,* canere. Proprie de turture gemere dicitur, ut PLAUTUS ait.

Vs. 60. *Leves,* veloces. — *Ante leves ergo;* est sensus [16]): ante rerum mutabitur natura, quam possimus Caesaris oblivisci, qui nobis bona haec contulit. Dicit autem Virgilius haec sub specie Tityri.

Vs. 61. *Freta,* maris. *Destituent,* id est subductis aquis in sicco demittent. [17])

Vs. 62. *Ante pererratis* et cetera; hic Persas et Germanos mutuos a finibus suis exulare. [18]) *Pererratis,* errore confusis. *Amborum.* Amborum de Persis et Germanis dicit. *Exul* pro exules vel Caesar.

Vs. 63. *Aut Ararim,* quia duce Caesare Germanis et Persis victis milites eius Ararim biberunt. — *Arar,* flumen Germaniae, tamen alii dicunt flumen Galliae in Rhodanum iens. — *Parthus;* colonus Parthiae. *Germania* pro habitatore. — *Tygrim.* Tygris flumen Armeniae et Parthiae in Persicum sinum fluens. *Aut Ararim Parthus* et reliqua. Tityrus, qui vult [19]) diversissima inter se loca significare, dicit prius Parthum ex Arare potaturum, Germanum ex Tygride, quam sibi oblivionem futuram non divisi agri Caesaris beneficio. IUNILIUS FLAGRIUS dicit.

Vs. 64. *Illius,* Iulii Caesaris. *Labatur,* separetur, oblivioni tradatur. *Pectore,* nostra cogitatione.

Vs. 65. *At nos hinc alii* et cetera. Vult hic diversa inter se loca significare, id est: nos, qui patria pellimur, alii ad Africam, alii Scythiam, alii ad Britaniam ibimus. — *Sitientes Afros,* quia Africa sicca est. *Afros,* in Africam, in qua aqua rara, ideo et ferarum generosa est. *Ibimus* exilio. *Afros.* Synecdoche [20]) Afros pro Libya dicit, quae aquae indigens [21]) est.

Vs. 66. *Cretae Oaxen.* Cretam albam terram dicit. Nam Oaxes fluvius Mesopotamiae est, non Cretae. Rapidum cretae dixit, quia raptim currit et ex velocitate rapiens terram albam turbulentus efficitur, et ideo cretae dixit. — *Rapidum,* lutosum. PHILOSTHENES ait Apollinis et Antalae filium hunc Oaxen [22]) in Creta oppidum condidisse, et Oaxen [23]) suo nomine nominavisse. Aliter: *Oaxen,* fluvius Scythiae creteum colorem habens, et in Creta non est, sed cretacei [24]) coloris est aqua.

Vs. 67. *Divisos,* quia olim Britannia orbi terrarum fuit iuncta, vel quia inter se et orbem maria multa conveniunt.

Vs. 68. *En unquam,* aliquando. *Post,* adverbium temporis, significat diu. — *En unquam* et reliqua, erit aliquando tempus, cum fines patriae et pauperis tigurii congestum super cespite culmen post aliquantos annos rursum videbo, quae utique mea regna voco dilecta mihi, rura, in quibus natus sum.

---

12) In cod. *a.* 13) Sic in cod., non s e p e s. 14) In codice: m a n i p u l o. 15) Codex habet: r a u c a m. 16) Cod.: e t e s t. 17) Cod.: d i m i t t e n t. 18) Adiiciendum esse videtur: d i c i t. 19) Cod.: u u b e. 20) Cod.: s i n e c d o c h e a e. 21) Cod.: i n d e g i n a. 22) Cod.: o a z e n. 23) Cod.: o z e n, et paulo post o x e n. 24) Codex habet: c r e t e n c i.

Vs. 69. *Tuguri,* pro *ii;* tugurium aedificium a tegendo dictum, id est casa pastoralis. — *Cespite.* Cespes terra cum propria herba revulsa, vel cespes fundamentum domunculae. — *Culmen,* ideo dicitur, quia culmo tegitur, id est stipula. *Mea regna,* ubi dominatus sum.

Vs. 70. *Post aliquot aristas,* post aliquot annos; more rustico per segetes annos computat, quia rustici per aristas annos adnumerant; eorum enim physica in paleis et messibus est. — *Post aliquot aristas.* Pro annis aestatis. Hic tropus metalepsis [25]) ab eo, quod praecedit, quod sequitur ostendens; quia per aristas grana, per grana anni significa tisunt.

Vs. 71. *Impius miles,* Augustus, qui contra Antonium arma portavit. *Miles.* Hic Octavianum Virgilius laesit, [26]) sed veritatem secutus est. *Impius,* quia bella civilia desiderat. Impius epitheton est militis eo, quod vincendo pietatem praetermittit. — Dum miles portando arma et vincendo alios nocet [impius] [27]) dicitur. Haec Meliboeus iratus dicit, quod milites dividentes, vel quod bella civilia facientes essent. *Novalia* sunt nova rura, quae per singulos annos novantur semine.

Vs. 72. *En quo,* ecce ubi. *Has segetes,* quae mihi sunt in Mantua.

Vs. 73. *Produxit,* porro produxit in alienos agros [ex] agris propriis. *En quis,* ecce quibus.

Vs. 74. *Insere.* Semet ipsum imperat. *Piros,* arboris genus. *Pone* indierat agris... *Insere.* Se ipsum hortatur, sive hoc dolentis dicit affectu, quia nihil profuit illi hoc fecisse, quando excludebatur a propria possessione.

Vs. 75. *Felix,* quamdiu et ego felix fui. *Felix,* in finibus vestris. Hic videt pastor [se] [28]) non habere, quod Tityrus habet. *Felix* quando habitastis in finibus vestris. *Quondam,* aliquando.

Vs. 76. *Non ego,* id est, post haec non vos pascentes videbo, sed in antro cubabo. *Posthac,* post hoc. *Viridi,* pro parva herba in se.

Vs. 77. *Dumosa,* spinosa. *Pendere,* quia capra cum pascitur in spinosa pendet.

Vs. 78. *Carmina nulla canam,* quia tristis est sua possessione carens, et non licet tristem canere sua carentem. [29])

Vs. 79. *Cytisum.* Herba est lactis habundantiam [30]) suggerens. *Cytisum,* genus fruticis, vel herba in Cytisa civitate quaeque inter campos et silvas nascitur. *Amaras* hominibus dixit, ceterum pecori dulces sunt. *Amaras* hominibus non capris.

Vs. 81. *Mitia,* matura. *Mitia poma.* Allegorice [31]) pro suavitate carminum dixit.

Vs. 82. *Castaneae,* mala. *Pressi,* emulcti vel casei.

Vs. 83. *Et iam summa procul.* Noctem per hoc supervenisse dicit. *Culmina fumant,* coena pastorum ad vesperum.

Vs. 84. *Maioresque sunt,* duplicantur, augentur. *Maioresque cadunt,* id est vergente ad occasum sole umbrae montium crescunt. *Umbrae,* nox imminet.

Ad eclog. II.

Haec ecloga in honorem Asinii Pollionis scripta est. — Haec ecloga sic habetur quasi in Sicilia, ut mille meae Siculis errant in montibus agnae. Haec ecloga in agro canitur, ut nunc etiam pecudes umbras et frigora captant. In hac ecloga poëta solus loquitur, hoc est adsidue veniebat, ibi haec incondita solus iactabat [1])

---

25) Cod.: metalemsis. 26) Codex habet: laesis. 27) In cod. deest impius. 28) Deest in cod. vocabulum se. 29) Cod.: carenti. 30) Sic semper in hoc codice scribitur. Porro legitur lacti. 31) Hoc vocabulum fere semper alligoricae vel allegorice scribitur.

1) Codex habet: solus reitantū id est amoris.

id est amores pueri. Sub Alexis nomine in hac ecloga tria intellegenda sunt; primo vetus pastor historialiter, quem Theocritus scripsit in amorem pueri arsisse; secundo Virgilius allegorice in puerum Asinii Pollionis, ut Asinio placuisset, qui transpadanam provinciam regebat; tertio Virgilius Octavianum superbum et allegorice adolatur, [2]) ut ab eo honoratus fuisset. — Alexander fuit servus Asinii Pollionis; hunc Virgilius, rogatus ad prandium, cum vidisset in ministerio omnium pulcherrimum, dilexit eumque [3]) dono accepit. Nam Virgilius dicitur tres pueros habuisse in tali amore. Caesarem quidam, ut dixi, formosum operibus et gloria accipiunt; alii puerum Caesaris, quem si laudasset, gratam rem Caesari fecisset. Tribus modis in hac ecloga amor persuadetur, primo divitiis, ut mille meae et reliqua, secundo forma, non ego Daphnim et reliqua, tertio voce, ut imitabere Pana canendo et reliqua. Haec ecloga proprie bucolicon carmen.

Vs. 1. *Pastor Corydon Alexim.* Pastor introducitur amans puerum. Per Corydonem hic Virgilius, per Alexim Alexander puer intellegitur, quem ei Asinius Pollio donaverat. *Corydon,* de nomine avis, quae corydalus dicitur, nominavit. Carydalus [4]) avis dulce canens. *Ardebat,* impatienter diligebat, laudabat, ardenter amabat. *Alexin,* puerum sine responso ac superbum. Hunc autem dilexit, quo et Pollio pro formae decore delectabatur, qui eo tempore transpadanam [5]) partem Italiae tenebat et agris praeerat dividendis.

Vs. 2. *Delicias domini,* id est domini Pollionis, quem ille prius [6]) dilexerat; puer enim dilectus ei eius deliciae dicuntur. Allegorice putatur Virgilius de se hoc et Caesare dicere. — *Delicias domini,* filium Caesaris; vel *delicias domini,* puer dilectus deliciae dicitur Asinii, vel pastor de se dicit. — *Nec quid.* Nec spem potiundi [7]) habebat, quia puer eum exosus est.

Vs. 3. *Tantum,* tantummodo; nec enim eum diligebat, quod non credendum. — *Umbrosa cacumina* caret coniunctione.

Vs. 4. *Incondita,* verba insanientis, incomposita, subito dicta, agrestia, insanientia.

Vs. 5. *Iactabat,* incassum fundebat. — *Inani,* inepto. [8]) *Inani,* nihil sibi procurans contra absentem loquebatur.

Vs. 6. *O crudelis,* quia mortem sibi praestabat Caesar. — *O crudelis,* inexorabilis, qui non flecteris meis scriptis et non das [9]) ereptos agros. — *Nihil mea carmina curas* sive ad puerum, sive ad Caesarem dicit.

Vs. 7. *Mori me,* secundum contemptum.

Vs. 8. *Nunc etiam pecudes* et cetera. Vocat per has delicias puerum, vel omnia in requie esse dicit praeter se, quem amor requiescere non sinebat. — *Umbras et frigora.* [Non] aprica loca aestate, quasi dixisset: veni ad me. Provocat puerum per has delicias.

Vs. 9. *Virides,* quia in viridibus fiunt. — *Lacertos,* genus serpentis.

Vs. 10. *Thestylis* nomen est rusticanae mulieris, quae messoribus aestu fatigatis diversa genera herbarum contundens pulmentarium faciebat. — *Thestylis,* concubina Corydonis, quae cum testis ministrabat. *Rapido,* ferventi. *Fessis,* ardore solis vehementer fatigatis.

Vs. 11. *Allia,* olus. *Serpyllum,* herba vel cepae. — *Allia serpyllumque* et reliqua, quasi diceret, non debueras haec tam bona pulmentaria deserere vel respuere *Olentis,* in bonis odoribus.

Vs. 12. *At,* verum.

Vs. 13. *Sole sub ardenti,* potest et de amore capi. — *Cicadis.* Cicadae vermes, qui cuculum fugant cantando in lignis; similiter istos cervi expellunt.

Vs. 14. *Tristes iras,* quia tristem me faciunt. — *Amaryllidis iras,* allegorice Romuleas iras significavit. — Alii Amaryllidos Graece, Amaryllidis Latine. — *Nonne fuit satius,* id est, melius mihi fuerat Amaryllidos, amicae meae, iras perferre et superbe me fastidientis. [10])

---

2) Codex: adolari. 3) Codex habet: eum dono accepit. 4) Codex: corydalis. 5) Codex transpadani. 6) Codex: pius. 7) Codex: potiandi. 8) Codex: inopto. 9) In cod.: et prondas. 10) Codex habet: fastidientem.

Vs. 15. *Fastidia,* contemptus. *Menalcam,* pastoris nomen. — *Nonne Menalcam,* id est: melius mihi fuerat Menalcam puerum amare. Hoc quidam Virgilium de Antonio putant dicere.

Vs. 16. *Quamvis ille niger.* Quia Antonius Aegyptios et Aethiopes in bello habuit. — *Niger,* sive de Menalca, sive de Antonio. *Candidus,* sive Alexim, sive Caesarem accipi[endum esse dicunt]. 11) — *Quamvis tu candidus,* quia Caesar 12) cum Romanis et Gallis ad bellum veniebat.

Vs. 17. *O formose puer.* Si ad puerum dicit: non te eleves de formae pulchritudine, si ad Caesarem: non te elevet successus rerum, quia saepe mutantur prospera. — *Nimium,* non debet te praesens rerum successus immitem facere, aeque enim rerum laeta [conditio] mutatur.

Vs. 18. *Ligustra,* flores papaverum. *Vaccinia,* violae purpureae. — *Ligustra,* flores sunt candidi, qui de arboribus decidunt. *Vaccinia nigra,* violae purpureae, quae de omnium nigrescunt. *Nigra,* quia usui 13) sunt. *Leguntur,* pro eleguntur. 14)

Vs. 19. *Dispectus,* contemptus, quia dispicis et contemnis ingenium meum.

Vs. 20. *Pecoris nivei,* albae oves. Alii sic distingunt: pecoris nivei, quia antiqui lanam albam admodum diligebant. — *Pecoris nivei,* allegorice metri vel carminum. *Habundans,* ostendit habundantiam ingenii sui, plurimi enim incitantur ad amorem voce, forma, divitiis.

Vs. 21. *Mille,* innumerabiles. *Agnae,* quia spes gregis magis in illis est. — *Mille meae Siculis,* quia in bucolicis Theocritum, poëtam Siculum, imitatus est. *Agnae,* versus 15) bucolicorum.

Vs. 22. *Lac mihi non defit.* Nunquam carmina desunt. — *Non aestate novum,* quia id omni tempore habet. 16) Per hoc pastor puerum provocat.

Vs. 24. *Amphion,* Iovis et Antiopae filius. *Amphion* Thebanus, Musae 17) studiosus, omnibus notus, qui et Dircaeus de fonte Dircae, qui est Thebis in Boeotia, cuius cantu lyrae Thebanorum muri surrexisse dicuntur, et cithara sic cecinisse dicitur, ut montes et saxa advocaret. Vult autem hoc dicere: sicut ille lapides movebat cantu, sic te moveam carmine meo. — *Dircaeus,* a Dircae fonte appellatus. *In Actaeo,* in Thessaliae provincia. *In Actaeo Aracintho,* in Attico Aracintho; sed Aracinthus mons est Boeotiae vel Arcadiae, unde mirum, cur eum Actaeum dixerit; sed melius Actaeum nemorosum accipimus.

Vs. 25. *Nec sum adeo informis,* ingenium meum cognovi. *Nuper me.* Ne diceret ei: in quo speculo te vidisti, cum sit rusticus. *In litore vidi,* sunt enim in litoribus fontes aquae dulcis. 18) *In litore,* id est in margine aquae. Quando *placidum ventis staret mare.* Hic totum properate, 19) id est, mare pro aqua posuit.

Vs. 26. Allegorice *dum placidum,* quando tranquillitas rerum fuit, et omnium rerum status esset quietus. *Mare* pro aqua, totum pro parte. *Non ego Daphnim.* Dicit: non metuo, ut tuo iudicio mihi Daphnis, quamvis pulcher sit, praeferatur. Allegorice hoc dicit, non timeo Pollionem, quamvis melius carmen texere possit. — *Non ego Daphnim,* pulchritudinem eius. Daphnis rex pastorum pulcherrimus. *Non ego Daphnim,* nobilem poëtam, cuius ingenium non timeo, te iudicante. Daphnis filius Apollinis et Spamathis.

Vs. 27. *Imago.* Imaginem philosophi dicunt binam esse, voluntariam et imaginariam, voluntariam per temet ipsum, imaginariam per alium. — *Fallat* te.

Vs. 28. *Tantum,* magnum. *Libeat,* delectet. *Sordida rura,* quae sordida existimas. *Sordida rura,* 20) rusticum carmen.

Vs. 29. *Humiles,* sub terra. *Humiles,* quas humiles reris. *Casas,* quae mapalia dicuntur. — *Figere cervos,* venari, id est sagittare cervos; vel palos figere, qui ramosi sunt

---

11) Haec et omnia etiam infra uncis iuclusa verba desunt in codice. 12) In codice: Caesarem. 13) Cod: ausui. 14) Sic iu cod. scribitur, ut intellegitur et similia. 15) Cod.: versibus. 16) Codex: habere. 17) Cod.: musa. 18) Codex habet: dulces. 19) Cod.: proparate. 20) In codice: cura.

et adsimulant cornua cervi, unde et cervi dicuntur. Allegorice dicit, secum velle Caesarem venationi insistere aut in bello hostes persequi.

Vs. 30. *Viridi*, ne vim patiantur pecora. *Conpellere*, a pastum minare. *Hibisco*. Hibiscum genus est virgulti, quo pastores pro flagello utuntur.

Vs. 31. *Imitabere*, futurum vel imperativus. *Imitabere*, imitaberis mecum, imitabere Pana; sicut ille de amore canit, sic et ego. *Pana*, accusativus Graecus. — *Imitabere Pana*. Dicitur enim Pan Syringam nympham amasse, quam, dum persequeretur, in calamum versam esse et exinde Pana fistulam[21]) fecisse – – u – l – [22]) – – – – – – – – – – – – – – – – – ere fistula syringi dicitur.

Vs. 32. *Cera*, quia perforata – – – – – – – – ur.

Vs. 33. *Curat*, sanat de morbis. — Magistros – – – – – – – – – –.

Vs. 34. *Nec te poeniteat*, non te pudeat, o puer, sic cantare.[23]) *Trivisse*, tero, trivi; trivisse labellum, dum haec Pan, deus pastorum, fecit, non te pudeat, o puer vel Caesar, ut audias carmina.

Nec te poenite –
carmen tex –

Vs. 35. *Haec eadem*, id est, ut haec carmina discere possit, Amyntas omnia facere paratus erat. *Amyntas*, nomen pueri. *Amyntas*, pastor nobilis, qui voluit carmen rusticum scribere, insulsum tamen scripsit et auctoritate pulsus[24]) est. — *Amyntas*, allie – – – – – conatum esse c – indorum sa – et sem –

Vs. 36. *Disparibus*, inaequalibus. *Compacta*, excitata septem cicutis. Allegorice significat septem pastorales odas, quibus pastores praemia merentur, quia tres in carmine pastorali non reputantur: *Sicelides* et *prima Syracusio* et *extremum*. — *Septem cicutis*, id est septem culmis vel calamis. Allegorice in septem calamis septem eclogae bucolicae intelleguntur; nam tres aliae, id est *Sicelides* et *prima Syracosio* et *extremum hunc* ad singulos viros specialiter facta sunt.

Vs. 37. *Damoetas*, nomen pastoris periti canendi.[25]) — *Damoetas*. Allegorice Theocritum vult Virgilius intellegi, qui sibi facultatem canendi bucolica tradidit, quia post Theocritum proximus Virgilius scripsit bucolica, eique aemuli invident.

Vs. 38. *Te nunc habet*, id est Virgilium. — *Secundum*, dominum. — *Secundum*, quia post Theocritum Virgilius bucolicum texuit.

Vs. 39. *Stultus*, quia invidit. *Amyntas*, pronomen pastoris. *Amyntas*. Allegorice Cornificium dicit, qui contra Virgilium conatus est scribere.

Vs. 40. *Nec tuta*, in securitate. *Nec tuta valle*, id est non secura, quia cum difficultate eos de capreolis adquisierit, quos puero pro amore daret. *Reperti*, reperti sunt.

Vs. 41. *Capreoli*, caprae silvaticae. *Sparsis*; maculosis, eleganter; ista enim pueri adpetere solent. *Albo*, varil. — *Duo caprioli*. Allegorice in duobus capreolis duos libros georgicorum, velut alii georgica et Aeneidos, quae cum difficultate condidit, vult intellegi, quos edicit Augusto servare, non ut alii Cassium et Brutum.

Vs. 43. *Thestylis*, amica mea, vel vicina mea rusticana mulier. *Abducere*, auferre. *Orat*, rogat. — *Thestylis*, allegorice Cleopatra, uxor Antonii, et hoc accipitur, quasi rogaret Virgilium, ut ei cantaret. — *Thestylis*, desiderosam et voluntariam[26]) significat.

Vs. 44. *Et faciet*, me ut faciam. *Sordent*, sordida existimantur. — *Sordent tibi*, adnue precibus meis, o Caesar, tibi enim omnis suavitas et omnis flos operis mei destinatur.

---

21) Codex habet: fistula. 22) Haec et reliqua, pro quibus puncta apposui, putredine ita corrupta sunt, ut legi non possint, nonnunquam etiam folii particula desit. 23) Codex habet: cantaret. Non putavi, negativam particulam non, quae in hac adnotatione bis cum coniunctivo coniuncta est, mutare me debere. 24) Codex: pulsum. 25) Codex: caneret. 26) Legendum esse videtur: voluptariam.

Vs. 45. *Huc ades.* Ades imperativus est. Delicias rusticorum laudat puero. — *Huc ades.* Allegorice per diversa genera olerum ad varia metrorum Caesarem[27]) invitat.

Vs. 46. *Calathis.* Calathus genus est canistri. *Tibi Nais,* tibi fert Nais, dea pastoralis, vel una de Nymphis, cuius diminutivum Naidis.

Vs. 47. *Pallentes*, micantes. *Violas*, vaccinia. *Summa papavera*, herba, quae in summo granum habet. *Carpens,* colligens. — His omnibus Caesarem invitat et gloriam eius multiplicat.

Vs. 48. *Narcissum.* Narcissus flos est, qui credebatur de puero transformatus esse. Narcissus fuit filius Apollinis, qui dicitur puer conversus in florem a Nymphis eas contempnens. *Olentis* grave, vel boni odoris.

Vs. 49. *Casia*, ablativus.

Vs. 50. *Mollia,* tactu plumae. *Luteola*, rubicunda, in quo fome omnium pigmentorum pinguntur, vel genus herbae propriae. — *Pingit,* componit. — *Mollia vaccinia luteola caltha pingit*, id est, dum flores isti inter se iunguntur, picturam imitantur. *Caltha,* herba, quae prope stabulis pecorum nascitur. *Luteola caltha,* lutei coloris.

Vs. 51. *Ipse ego* omni te carmine rustico [28]) persequar. *Lanugine*, vel de lanugine barbae suae dicit, ac [29]) si diceret, et cum sim iuvenis, cur me refugis, hoc est, Octaviane [30]) vel puer. — *Cana,* alba. *Tenera,* cum tenera. *Cana mala,* candida poma, vel genus hirsutum. *Tenera lanugine,* id est lanuginem habentia.

Vs. 52. *Castaneasque nuces.* Nuces dicuntur omnia poma, quae durum corticem habent, ideo cum adiectione castaneasque nuces dixit, quae autem mollem, cerea mala. — *Amaryllis*, amica aut Roma. *Amaryllis,* uvitas [31]) pro Octaviano dicitur.

Vs. 53. *Cerea,* matura. *Honos erit.* Diversitas colorum picturam imitatur.

Vs. 54. *Et vos lauri,* nigratas habetis bacas. *Carpam,* tollam. *Proxima,* loco vel dignitate.

Vs. 55. *Positae*, posuerunt; positae quoniam [32]) passiva participia frequenter agunt cum poëtis. *Miscetis,* sive Nymphas sive virgulta praedicit.

Vs. 56. *Rusticus es Corydon,* ad semet ipsum loquitur poëta vel pastor. *Nec munera,* nec carmina, quae ad honorem ei dixit. *Alexis,* puer vel Caesar. —

Rusticus, coco utitur et significat - - - - - - - - - - - viciorem se esse, qui erat dominus. Rust - ydon Virgilius - Alexis Caesar - Caesar eius ingenio - llud id est - unc Pollionem - m id est - est. omnia tibi - vel pficiens - suentus - temuntur

Vs. 57. *Iollas,* alius pastor, amator puerorum, vel Pollio, qui et ipse poëta erat. *Muneribus,* poëmatibus. [34]) *Concedet,* id est: non concedet Pollio, ut carior illo sim.

Vs. 58. *Quid volui floribus austrum,* et est sensus: omnia, quae tibi praeparavi conturbata sunt et sic dissipata, quemadmodum auster flores dissipat. Hoc vel ad puerum, vel ad Caesarem dicit, dolens sua carmina despici.

---

27) In codice legitur: variam et rorum cessarem. 28) Codex: rusticum. 29) Codex: hac. 30) Cod.: octavianae. 31) Sic codex. Scribendumne est uditas, an uviditas? 32) In codice: qm̄. 33) In codice: nimphae. 34) Codex: poatibus.

Vs. 59. *Perditus*, demens. *Inmisi*, quia volutantes [35] se aquas fontium conturbant. *Fontibus apros*, id est, quemadmodum apri fontes conturbant, sic a te conturbata sunt et conculcata omnia mea.

Vs. 60. *Quem fugis*, revocat illum ad rusticum carmen. *Ah, demens.* Hic in se non in Alexin. *Habitarunt*, id est, non sit tibi vile, ut illud facias, quod meliores fecerunt. — *Habitarunt di quoque silvas*, si ad Caesarem dicit, hoc vult intellegi, quia et di carminibus delectati sunt.

Vs. 61. *Dardaniusque Paris.* Parim, Priami filium, pastorem fuisse, [36] priusquam a patre agnosceretur, certum est, quem Dardanium vocat, quia in ea regione pastor fuit. *Pallas quas condidit Arces*, fortasse Athenarum historiam attigit. *Pallas*, id est Minerva, quam Iuppiter de capite genuit, ut pagani [narrant], ut Iuno Vulcanum sine viro peperit arte magica. Minerva enim prima condidit arces. — *Dardaniusque Paris*, id est Alexander, filius Priami, pastor fuit in Dardania. *Pallas*, id est Minerva, habitet in urbibus, quas condidit; nobis habitatio silvarum placet. Allegorice silvae carmen.

Vs. 63. *Torva leaena*, saeva, irata, truculenta, aspera. Leaena fit auctoritate, quamvis veteres dicebant hic et haec leo. — *Torva leaena* et reliqua, id est: omnia se invicem sequuntur, amore vel odio compellente, nos te, puer vel Caesar. Sequitur capellam ad comprehendendam.

Vs. 64. *Cytisum*, herbam, sequitur capella ad pastum.

Vs. 65. *Corydon.* Corydon de ave dictus, non ut alii nomen compositum ex [37] coro et dono. — *Te Corydon, o Alexi*, quomodo ferae cupiditatem patiuntur, sic ego Caesarem. *Trahit*, quia omnia ad voluntatem suam [se] invicem persequuntur. *Voluptas*, causa. ubi capiendi.

Vs. 66. *Adspice aratra*, ad semet ipsum loquitur. *Aratra*, aratrum dicitur, sed propter versus [38] mensuram aratra. — *Referunt.* Post laborem ad domum portant et ad requiem festinant.

Vs. 67. *Et sol decedens.* Ad occasum properat et ad refrigerium; amor nec requiem habet, nec refrigerium. *Duplicat umbras*, iam tempus preces meas finire, dies enim defecit veniente nocte, nec ego finem amoris inveni. — *Duplicat*, noctem facit.

Vs. 68. *Me tamen urit amor*, requiem non inveniendo. *Quis modus*, nullus pietatis modus est. *Quis modus*, id est: nullus est finis amandi.

Vs. 69. *Ah Corydon, Corydon.* Figura utitur et reprehendit se, quod carmina scribat, per quae nullum sibi nutriat meritum. *Quae dementia.* Tam demens sum rogando Caesarem. — *Ah Corydon.* Ah interiectio dolentis, vel mirantis. Sub Corydone poëta se intellegi voluit, dementemque se dicit ingratum officium exhibentem.

Vs. 70. *Semiputata*, ex parte amputata. Queritur tarditatem donandi. — *Semiputata*, id est: tua derelequisti propter laudem vel amorem pueri vel Caesaris, vel quia Numa, cum ad omnem usum vellet provocare Romanos, edicto monuerat, dementiam facile contrahere eos, qui de inculta vinea vinum bibissent; dicit se dementem, quasi de tali vinea biberet. [39]

Vs. 71. *Quin tu*, id est, incipe aliquid operari, [40] quod necesse est, quorum ciborum. — *Saltim*, videlicet. *Quorum indiget*, ut placatum habeas Caesarem. *Indiget usus*, ad necessitatem usus.

Vs. 72. *Viminibus*, virgulis mollibus; viminibus caseum praebere detexere. — *Paras detexere.* Vult se intellegi Aeneidos [41] scripturum pertinentes ad stirpem Caesaris.

Vs. 73. *Invenies alium*, id est Alexim, sive invenies alium, cui carmine placeas, si Caesari non places. — *Invenies alium*, si non Caesari carmina placuerint, alii placent, vel aliud opus adgredimur, in quo placebit Augusto, id est Aeneidos, non ut alii eclogae sequentes.

---

35) Codex habet: voluntates. 36) Cod.: suis. 37) Codex habet: et. 38) Codex: versi. 39) In codice legitur: clementiam et clementem, quae mutavi. Pro v. biberet rectius scriberetur: bibisset. 40) Codex: operare. 41) Aeneidos h. l. non forma genitivi est, sed accusativus masculini vel neutrius generis cf. glossas ad vers. 41. et 73. eclog. VI, 3. Prooemium eclog. VI.

Ad eclog. III.

Haec ecloga in honorem Asinii Pollionis scripta est. Haec ecloga sic habetur, quasi in Hispania vel in Gallia, ut malo me Galatea petit. Haec ecloga in agro, ut dicite quando quidem molli consedimus herba. Haec pari numero epigrammatum gaudet, et pars eius ultima distichon, continet enim duos versus. — Menalcas pastor melior Damoeta, hoc est Cornificius poëta consularis, fascinat Damoetae, id est Virgilio, agrum suum, quasi sui umquam non esset, ut moris apud eos omnes non habere agrum, nisi a Palaemone, id est a Caesare, accepissent. — Menalcas Cornificius, Damoetas Virgilius, Palaemon Caesar. — In hac ecloga tres introducuntur personae, id est personae duorum pastorum, certantium de variis rebus coram iudice, et allegoricae personae poëtarum et militum coram Caesare et iudicibus eius certantium, sed maxime poëtarum. — Allegorice Menalcas, id est Cornificius, loquitur, poëta Antonii, quasi ex Cremona vel Mantua, qui contra milites Octaviani contendit. — Damoetas, id est Virgilius, quia Roma contra Antonii milites pugnat. Palaemon Caesarem vel Meliboeum vel Gallum accipimus, qui postea iudex factus est. In hac ecloga Virgilius nunc personam Menalcae accipit, nunc Damoetae. Haec ecloga proprie [1]) bucolicon dicitur. In hac ecloga saepe personae mutantur, ideo obscnra est.

Vs. 1. *Dic mihi, Damoeta.* Hic fascinat Menalcas Damoetae pecus. — *Dic mihi,* contumeliosa interrogatio provocantis ad pugnam. — *Damoetas,* mercenarius Menalcae, vel custos gregis Aegonis. — *Cuium pecus.* Antiqua locutio veterum, qui cuium neutro, cuius masculino, cuia feminino dixerunt; nos cuius tribus generibus dicimus. — *Pecus,* ager, quem tu non habes. *Meliboei,* Antonii allegorice.

Vs. 2. *Aegon,* custos gregis, vel amicae nomen. — *Tradidit,* ne videatur mercenarius, quasi ab amico accipit. Lyctius Aegon, id est Cretensis Aegon, allegorice Pollio vel Caesar.

Vs. 3. *O,* interiectio dolentis. *Ovis pecus.* Omnia animalia, excepto homine, pecus appellantur; hic ergo, ut ostenderet, de quo loquitur, addit ovis. — *Pecus* allegorice agrum, vel cives Mantuanos spoliatos significat. *Neaeram,* nomen proprium amicae suae, id est amicae communis. *Neaeram* allegorice Mantuam, vel Caesarem, vel novitatem vult intellegi, id est agrum recipiendi.

Vs. 4. *Fovet,* amplectitur. *Ne me.* Ne me Caesar praeponat sibi, ne me magis amet, quam illum. *Sibi,* id est Damoetae, vel Neaerae.

Vs. 5. *Alienus,* Damoetas. *Bis mulget in hora,* sive historialiter, [sive in mulctram. *Alienus custos,* Caesar vel milites, quibus distributa fuit terra. *Bis mulget,* allegorice servitutis gravitas intellegitur.

Vs. 6. *Sucus,* pinguitudo, vires. — *Subducitur,* furto tollitur. *Lac agnis,* qui [2]) spoliantur agris.

Vs. 7. *Parcius* loquere, non iniuriose, sed parcius. *Viris,* viris fortibus praeda. — — *Tamen.* quamvis dicis - a consideranda.

Vs. *Novimus.* Non ignorat populus; quia scimus te ea passum, quae viris inhonesta sunt. Haec ad Cornificium.

Et qui te, de turp - - - - - - - - - - - [*transve*]*rsa,* retro conversa, id est - - - dorso vel trans - ntes vel fornicatorem vere - - - stuprum tran - plimis intueri vel tuentibus pro intuentibus.

Vs. 9. *Faciles,* proprie, quae non animadverterunt. *Faciles,* propitiae ad veniam dandam, vel ad culpam consentientes.

Risere inde - sacello diminutivum ut alii - - - - - - - - -

---

1) Codex habet: propria. 2) Codex: cui spoliantur.

Vs. 10. *Tum,* quando. *Cum me,* cum ego, vel mecum. — *Miconis,* Caesaris.

Vs. 11. *Mala falce.* Hic probatur Virgilius, quod sit ei studiorum instrumentum. — *Falce,* poëmate.

Vs. 12. *Aut hic,* nonne te vidi. *Ad veteres fagos,* ubicunque, quia fagi ubique sunt, vel privati loci indicium. *Daphnidis.* Daphnis Amyclaei filia ab Apolline adamata, quae cum fugeret vim amatoris in laurum conversa est. *Daphnis.* Alii eum Neptuni filium dicunt. — *Daphnidis*, Augusti, quia haec omnia certaminibus Antonii et Augusti conveniunt. *Daphnidis.* Alii dicunt Daphnim, unam de Nymphis, ab Apolline vitiatam et proprio pudore nec apud sorores esse et infamem [3]) ab Iove petisse, ut in laurum verteretur. Ex ea arbore Apollinem diadema [4]) amoris gratia sibi parasse, quod virens est semper, ut sol novus. *Arcum* pro carmine vel exercitu Augusti.

Vs. 13. *Calamos* pro scriptura. — *Perverse Menalca.* Illo tempore, quo dedisti operam, ut me ingratum Caesari faceres studiaque mea apud illum reprobares.

Vs. 14. *Puero,* Theocrito vel Caesare.

Vs. 15. *Aliqua,* aliqua ratione. *Nocuisses,* vel me, vel illum detraxisses.

Vs. 16. *Domini,* sinceri vel liberi. *Quid domini faciant.* Quid faciunt, qui possunt, mali, cum tu, qui furto possideas agrum meum, [5]) fiduciam adversus me sumpseris. — *Fures,* servi. *Fures.* De officiis nomina imponuntur hominibus; ut philosophus de philosophia, ita et fur de furto, quia furvae dicuntur tenebrae.

Vs. 17. *Non,* nonne. *Nonne ego te* et reliqua. Crimen crimini obiciunt, iste stuprum, ille furtum. — *Damonis,* Antonii, quia cum Antonio Mantuani erant, antequam vincerentur ab Augusto. *Caprum,* agrum.

Vs. 18. *Excipere,* velle percutere. *Lycisca,* canis de lupo et de domestico cane conceptus. — *Multum latrante,* allegorice plurimis reclamantibus. *Lycisca,* allegorice Mantua.

Vs. 19. *Se proripit,* ingerit, immittit. — *Ille,* fur.

Vs. 20. *Tityre,* allegorice Antoni. *Coge,* collige. *Tu,* Damoeta. — *Carecta,* carice septa, ut c a r i c e p a s t u s a c u t a, [6]) et allegorice sub tutela Pollionis.

Vs. 21. *An* pro cum, rectius pro ergo, ut COMMINIANUS [7]). — *Victus,* pastus [8]) cantando. *Non redderet,* nonne debuerat reddere [9]) mihi agrum, quem merui carminibus. *Ille,* Damon, allegorice Octavianus.

Vs. 22. *Caprum,* agrum.

Vs. 23. *Caper,* ager. *Damon,* Caesar.

Vs. 24. *Reddere posse negabat,* quia distributum erat militibus.

Vs. 25. *Cantando,* ad magnitudinem. — *Aut umquam,* numquam.

Vs. 26. *Vincta,* iuncta ad despectum. *In triviis.* Romae pastores cum ovibus circumeuntes in locis triviis stantes cantu pastorali eos admonent, qui lac emere volunt, itaque sub praesentia emptorum lac venditur; inde dixit: N o n t u i n t r i v i i s. — *In triviis,* triviae, tres viae. *indocte,* adverbium; homo nullius momenti eras.

Vs. 27. *Stipula,* culmo frumenti vel hordei. [10]) *Disperdere,* concordare, spargere. — *Miserum,* miserum carmen ante canitur, vel quod in triviis, ubi ululavit Ceres [11]) filiam suam Proserpinam et quaerebat, et pastores ululabant.

Vs. 29. *Experiamur,* probemus. *Vitulam.* Si vitulam, cur dixit: b i s v e n i t a d m u l c t r a m? Vitulam dixit pro vacca. *Ne forte recuses.* Hic sensus est: Non, ne vitulam recuses, sed ne contendas, recuses. — *Hanc vitulam,* allegorice bucolica. *Recuses,* Menalca.

---

3) Cod.: e s s e t e t i n f a m i s. 4) In codice scriptum est: d m̄. 5) Codex habet: m e a m. 6) Georg. III, 231. 7) In codice legitur: c ō m i n i a n u s; loquutus est de ratione, qua hoc nomen scribendum sit, Osannus aliquo loco, quem nunc reperire non possum, Germanice scripti libri: Beiträge zur Griech. u. Röm. Litteraturgeschichte. 8) Voluitne p a s t o r scribere? 9) In codice: d e b u e r a t r e d d e r e t. 10) Codex habet: o r d e i. 11) Voc. C e r e s in codice in fine adnotationis post voc. u l u l a b a n t positum est.

Vs. 30. *Bis venit*, mane et sero. *Mulctra*, vas, in quo mulgetur. — *Bis venit ad mulctram*. Duplici sensu bucolica intellegitur, historiae et allegoriae.

Vs. 31. *Depono*, promitto. *Quo pignore*, [qua sponsione, qui]a [12] pignus sponsionis est.

Vs. 32. *Non ausim*, non aude – – – – – – – – – – – – –. — *Non ausim*. Allegorice Cornificius negat, se velle contendere.

Vs. 33. *Est mihi*, sub cuius imperio – – – – – – – – – – – – – – – mta capta – – – tius – – –. — *Iniusta*, odiosa, inimica privignis.

Vs. 34. *Alter et haedos*. Quidam synaloepham putant, sed ad naturam humanam respicere debemus; si quando enim mixtos videmus viros et feminas, qui nos illi [13] dicimus, non quae. — *Bis numerant ambo*; dum exeunt et sero, cum redeunt, ab ambobus numerantur pecora. *Alter*, noverca.

Vs. 35. *Fatebere*, fateberis.

Vs. 36. *Insanire libet*, id est, ego cantare debeo, quia poëtae insanire dicuntur cantando. — *Pocula*, allegorice duo libri georgicorum.

Vs. 37. *Fagina* non recte dicitur; faginea enim dicendum ex fago, tanquam ulmea ab ulmo et populea a populo. — *Divini opus*, artificem gloriatur. *Alcimedontis*, Hesiodi, qui duos libros georgicon composuit.

Vs. 38. *Facilis superaddita*, flexibilis. Facilis ad materiam refertur, vel ad laudem artificis, sed magis ad vitem. *Vitis*, quia de vitibus ibi mentionem fecit. — *Superaddita*, torno addita.

Vs. 39. *Hedera*, folio viridi ab haerendo [14] arbori dicta. *Vestit*, id est magister. — *Diffusos* et reliqua, allegorice, de lignis in georgicis refert. — *Corymbos*, botros hederae.

Vs. 40. *Conon*, Samius genere, mathematicus, stellarum peritissimus magister, vel, ut quidam, Alexandrinus, qui cum Ptolemaeo fuit. — *Quis fuit alter, quis*, quidam. Cur nomen huius non posuit? Quia a Romanis occisus est, et acute ut eruditum pastorem inducit et edoctum mathematicum significat et eundem philosophum, Platonis discipulum, vel, ut quidam, Arati.

Vs. 41. *Radio*, id est virga philosophorum, per quam inventa est geometria. [15] Quoniam Nilus totam Aegyptum operuit, inde philosophi in aëre mensurabant fines singulorum, [16] qui deturbati per aquae diluvium fuerant.

Vs. 42. *Tempora, quae messor et arator haberet*. Allegorice Hesiodus, qui artem georgicam de temporibus et aratris scripsit.

Vs. 43. *Necdum illis labra admovi*, ad usum convivii. — *Necdum*. Allegorice necdum cantavi.

Vs. 45. *Circum*, circiter. *Ansas*, sicut ansae additae sunt, *) sic duos libros addimus. *Amplexus*, Alcimedon. — *Acantho*, genus herbae.

Vs. 46. *Orphea*, accusativus. *Orphea*. Nomina pomposa ad poculorum laudem non ineleganter adiunxit. — *Sequentes*, mutatas, quia mutatae sunt silvae illius cantilena.

Vs 48. *Vitulam*, quam adposui nomine pignoris. — *Nihil est, quod pocula laudes*. O Palaemon, i. e. Caesar. Allegorice: si bucolica volueris, quid georgica laudas.

Vs. 49. *Quocumque vocaris*, ad quodcumque vocaveris.

Vs. 50. *Audiat* aliquis. Is audiat, inquit, [17] quem casus obtulerit, vicinus noster [18] aliquis. — *Palaemon*, iudex causae, allegorice Caesar.

Vs. 51. *Efficiam* pro effigiem, [19] imaginem. *Posthac*. Posthoc. — *Lacessas*, non provoces. Propone, quicquid velis, incipe.

---

12) Haec cancellis circumscripta verba in codice putredine deleta sunt, ut nonnulla in iis, quae sequuntur. 13) Voluitne illos, an de illis? 14) Codex habet: aberendo. 15) Cod.: geometrica. 16) Excidisse videtur agrorum. *) Codex: fiunt. 17) Hoc loco scriptum in codice: inquid, ut contra non raro in eo invenitur: aliut et aput cf. ad vs. 100. 18) In codice: Nosterj. 19) In cod.: effugiem.

Vs. 52. *Quin age,* immo potius. *Age,* aut adverbium temporis, aut verbum imperativum. — ***Si** quid habes,* dic, propone, quicquid velis, incipe dicere. *Non erit,* non erunt.

Vs. 54. *Sensibus haec* in *imis;* adhuc iratus est. — *Reponas,* ut facile possis nostram discernere discrepationem.

Vs. 55. *Dicite quandoquidem.* Allegorice, quoniam subicent, pax est. *Quando,* quatenus. — *Molli consedimus herba,* quoniam suaviore odore herbarum consedimus et delectamur incipere.

Vs. 56. *Parturit,* fetum reddit,[20] pullulat.

Vs. 57. *Annus,* totum pro parte; vernum enim tempus dicit, quo aves incipiunt cantare.

Vs. 58. *Damoeta,* Virgili. *Menalca,* Cornifici.

Vs. 59. *Alternis,* sermonibus. *Dicetis,* producite. — *Alterna,* carmina. *Camenae,* deae carminum vel cantiones.

Vs. 60. *Ab Iove.* Iovem enim quidam volunt dicere calorem hominum animis inhaerentem. — *Ab Iove principium,* adolatur Augusto, quia ab Iove duxit originem.[21] — *Iovis,* Caesaris; *omnia,* omnipotens; *plena,* plena sunt.

Vs. 61. *Illi mea carmina curae,* fecunda fecit, aut quod poëta est. — *Illi mea carmina curae.* Ideo, ait, amat me Phoebus, aut quod originem geniturae ex isto versu comprehendit; nam fertur mater Virgilii Maia, cum eundem paritura gravis esset, somniasse, lauri fructum se peperisse; denique de poëta ille versus ostendit. *Phoebus,* allegorice Caesar, filius Iovis.

Vs. 62. *Et me amat;* alter amicitia Caesaris, alter familiaritate contendens iactat. *Phoebus,* Apollo, quem solem esse volunt. *Et me Phoebus,* quia honoraverunt me Iuppiter et Apollo. — *Phoebo sua semper apud me.* De Virgilio hoc allegorice intellegendum.

Vs. 63. *Lauri,* quia in tutela[22] Apollinis erant. *Suave,* odore. *Rubens,* rubei coloris flores. *Hyacinthus* puer prope amnem Eurotam†) dum cum Apolline ad discum[23] ludit, per imprudentiam incautus interiit, eumque Nymphae fleverunt, earum ut lacrimis inriguus fons crearetur. Inde rubens Hyacinthus dicitur colori solis comparatus. — *Hyacinthus,* puer pulcherrima forma fuisse traditur, ab Apolline dilectus et ab eodem imprudenti ludicro disco peremptus[24] est, de cuius cineribus flores nati sunt, et nomine*) eius conscripti sunt.

Vs. 64. *Malo,* omni ora; *Galatea,* filia vel concubina, *petit* vel percussit, adpetit. *Galatea,* allegorice Mantua vel Gallia, quae blandimentis petit. *Lasciva,* luxuriosa, ultro volens. *Lasciva,* allegorice: mihi mens optata contigit praesentia Caesaris.

Vs. 65. *Ad salices,* ad poëtas peiores.

Vs. 66. *Ignis,* amor. — *Meus ignis Amyntas,* allegorice meus amor Antonius.

Vs. 67. *Notior,* ut Amyntas non minus notus**) sit nostris canibus, quam Delia, nomen amicae vel concubinae Menalcae. — *Delia,* allegorice Diana de Delo insula.

Vs. 68 *Parta,* pro parata. *Meae,* amicae Galateae. *Veneri,* adolatur Caesarem, qui de stirpe Veneris venit. — *Munera,* myrti. *Namque notavi,* inveni, quae cupiebam mihi contingere, id est amicitiam Caesaris.

Vs. 69. *Locum,* altare in nomine eius. *Aëriae,* aërii coloris. — *Congessere,* nidificando. Allegorice loquitur. *Aëriae palumbes,* aliquando hi[25] palumbes.

Vs. 70. *Puero,* Antonio vel Augusto. — *Silvestri,* agresti. *Arbore,* carmine. *Puero silvestri ex arbore lecta aurea mala decem misi.* Allegorice ex agresti carmine decem eclogas misi Octaviano scriptas. *Cras* pro futuro tempore. *Altera,* georgica vel Aeneidos.

Vs. 72. *O quotiens,* allegorice ad Caesarem loquitur, ut sciat, quomodo eum diligat Mantua.

Vs. 73. *Partem aliquam,* si non totum. — *Referatis,* optativo modo.

---

20) Cod.: fetu. redit. 21) Codex: horiginem hic et infra vs. 61. habet. 22) Codex habet: tutella. †) Cod.: Erodotum. 23) In cod.: ad discendum. 24) In cod. per compendia scribendi legitur: pertus. *) Codex habet: nomen. **) Codex: notior. 25) In cod.: hic.

Vs. 74. *Quid prodest* amor tuus, dum in diversis locis moramur. — *Non spernis,* sed diligis. *Amynta,* Antoni vel Caesar.

Vs. 75. *Ego retia servo.* Virgilius tangit allegorice pugnantem Octavianum contra Antonium, et Virgilium non dimittebat dimicare. — *Retia servo,* stabilis sum. *Ego retia servo.* Tu voluptatem[26]) capis venando.

Vs. 76. *Phyllida,* accusativus casus, nomen mulieris, cum qua fuit amica eius. *Natalis,* dies natalicius. *Iolla,* vocativus casus, amica communis. — *Natalis.* Natalem pro recipiendis agris[27]) dicit. *Iollam* dominum[28]) accipimus Mantuanorum, *Phyllida* vero felicitatem, id est, mitte mihi felicitatem. — *Iolla,* allegorice Augustus.

Vs. 77. *Cum faciam,* cum aliis sacrificem. *Vitulam.* Antiqui, antequam messes meterent, vitulam ducebant circa messes, ac post sacrificium incipiebant secare. — *Ipse venito,* ut tibi sacrificem.

Vs. 78. *Phyllida,* accusativus casus. Dicunt ambo Phyllidem amare. *Ante alias,* super alias. — *Phyllida,* dea, et sub eius nomine Antonius vel Caesar allegorice intellegitur.

Vs. 79. *Longum,* diu. — *Iolla,* Antonius.

Vs. 80. *Triste,* adverbium; *lupus,* inimicus vel herba, quam pecora. — *Maturis frugibus imbres,* hi enim pullulantis frugis spem eiciunt. Hic Cornificius poëta sub Damoeta intellegitur, et hic sensus est: sicut haec contraria contrariis repugnant, sic nobis Romanae irae, quia exul fuit, ut alii.

Vs. 81. *Arboribus venti,* decutiunt enim flores. *Nobis,* Mantuanis.

Vs. 82. *Dulce,* adverbium. *Satis,* seminatis. *Humor,* pluvia vel ros. — *Dulce satis* et reliqua. Ut amant sata humorem, haedi arbutum, sic ego unice Caesarem diligo. Hic Virgilius sub persona Menalcae intellegitur. — *Arbutus,* puto autem poëtam hoc loco nomine arbuti non certum arboris genus definire, sed solita figura orationis speciem unam pro genere posuisse, hoc est frondes arborum. Agnis praegnantibus autem salices gratas significat esse.

Vs. 84. *Pollio amat nostram,* Caesar. Hic adolatur consulem. Pollio hic magister equitum fuit Caesaris, et hic apparet, quod in honorem Pollionis haec ecloga scripta est.

Vs. 85. *Pierides,* Nymphae Pierides. *Vitulam,* optimum carmen, vel honorem, vel amorem. — *Lectori,* amatori, ut ei sacrificet.

Vs. 86. *Pollio et ipse.* Nunc respondit sibimet, quod ideo non diligitur a Pollione[29]), quia ipse sibi cantare possit. — *Nova,* mirabilia. *Pascite taurum,* quia erat praemium poëtis taurus praepositus. Allegorice taurum amorem maiorem, quia meliora[30]) carmina cano.

Vs. 87. *Cornu petat,* feriat.

Vs. 88. *Qui te Pollio* et reliqua. Asinius Pollio, consularis vir, tragoedographus, cuius beneficio Virgilius in amicitiam Caesaris [venerat], et sensus est: qui te amat, rerum natura mutabitur ei vel ad amorem, vel ad utilitatem. *Quo te quoque,* una tecum. *Veniat* ad consulatum. *Gaudet* venisse.

Vs. 89. *Mella fluant illi,* aurea saecula destillant. *Rubus,* spineta. *Amomum,* genus herbae, vel flos.

Vs. 90. *Amet* pro poena dicit. *Maevi.* Hic Cornificius Virgilium vituperat sub nomine Maevi. *Maevi* allegorice Virgilius. — Bavius et Maevius, duo poëtae pessimi Athenienses sui temporis, ex quibus Bavius curator fuit, et quibus omnia sua erant communia, ut spiritus unus geminis corporibus diceretur inesse; sed postquam alterius uxor cum altero concubuit, amicitiam dissolvit, et nova regna accipiunt. De Maevio nihil repperi, quorum quoque carmina ob humilitatem abiecta sunt, et inimici Virgilio erant. Sensus est: hic qui Bavium, pessimum poëtam, amat, etiam Maevium peiorem ut duplum habeat; malum eum dicit. M. Bavius poëta, quem Virgilius in bucolicis notat, in Cappadocia moritur.

---

26) Codex: voluntatem. 27) Codex: agros. 28) Codex: iollā dm̄. 29) Codex: diligit ab apollone. 30) Codex: meliorem.

Vs. 91. *Iungat* aratro vulpes. Haec pro impossibilitate dicuntur. — *Et mulgeat hircos,* hoc est: rerum odiosarum pereat sterilitate, ut maiora habeat.

Vs. 92. *Qui legitis flores,* ad suos cives dicit ante indulgentiam. — *Et humi nascentia fraga*, poma iuxta terram nata.

Vs. 93. *Frigidus,* aut nocens, aut quia in frigore moritur, aut natura frigidus et per morsum frigidos facit. *Frigidus anguis,* milites, quibus agri dati sunt. — *Frigidus o pueri* et reliqua. Allegorice Claudius, qui putavit, se impune agrum Virgilii habiturum, si eum occiderit. Aliter: ad eos dicit, qui tunc populati sunt cives suos, ut moderate agerent. Serpentem si [31]) dicit, non bene pro impetu militum.

Vs. 94. *Parcite oves,* ad cives dicit; *nimium procedere,* ulterius ingredi.

Vs. 95. *Ipse*, Virgilius ipse vel Octavianus.. *Aries* [ae]stivo tempore oritur, quo maxime incalescit. Quidam Virgilium interficere voluit; is vero transnato fluvio vix potuit vestitus evadere, ibique vestem suam in ripa [32]) contra posita siccavit. Allegorice: Mantuani videte, ne quid temere faciatis, cum ipse Virgilius periculum evaserit praeceps. — *Vellera siccat,* vestes ad pugnam cingit.

Vs. 96. *Tityre,* de se dicit. — *Reice*, amove, fuga.

Vs. 97. *Ubi tempus erit,* post indulgentiam. — *In fonte,* non in fluvio. *Lavabo,* purificabo. Allegorice de agris recipiendis intellegendum est.

Vs. 98. *Cogite,* servate. *Praeceperit,* exsiccaverit, praeoccupaverit. — *Aestus,* adornam solis calore lac consumitur, nisi mulsum fuerit. Allegorice turbida bella [33]) Augusti et Antonii.

Vs. 99. *Nuper,* heri. *Frustra,* inane, quia lac non habent,

Vs. 100. *Eheu,* dolentis interiectio. *Macer,* exilis. — *Taurus macer.* Allegorice: Licet agri redditi sint, tamen timore consumor, vel quamvis in opulento statu apud [34]) Romanos sim, tamen lacerat me amor agri.

Vs. 101. *Exitium pecori.* Allegorice: Cives taedet reservari ad sua. — *Pecorisque magistro,* tauro, vel se magistrum dicit. *Magistro*, magistro est.

Vs. 102. *His*, agnis meis, allegorice Cornificio. — *Haerent,* movent. *Vix haerent,* nimia macietate conficiuntur; macies causa [35]), nam amori praestat. Allegorice: cives non sperant et exilio torquentur.

Vs. 103. *Nescio quis*, nescio, unde haec mala.

Vs. 104. *Dic.* Dedit locum solvendi quaestiones, ut Musa mihi et reliqua. Pastor pastori, poëta poëtae proponit problema. — *Quibus in terris.* Sive in Graecia, sive in Italia. *Et eris mihi magnus Apollo.* In honore Apollinis te adorabo.

Vs. 105. *Caeli spatium* et reliqua. Alii dicunt clypeum Aiacis trium [36]) ulnarum, in quo expressa caeli forma fuit; hoc est Hyacinthum significat, quem Aiax occidit: alii specum in Sicilia angusto ore profunda altitudine, per quam rapta est Proserpina a Dite patre; alii mundum in sacro Cereris, et caelum pro mundum positum dicunt. Aliter: Apud antiquos fuit altissimus puteus, in quem descendebat puer ad sacra celebranda, quo cognosceret anni proventus, cuius putei orbis, id est summus circulus, non amplius quam trium ulnarum [37]) mensuram habebat, cumque descendisset et sursum adspiceret, [38]) non ampliorem caeli partem, quam quod puteus habuit, poterat videre. Dicit CORNUTUS ab ipso Virgilio audisse [se], quod Caelium Mantuanum quendam tetigit, qui consumtis omnibus facultatibus nil sibi reliquit, nisi locum trium ulnarum, spatium ad sepulturam, et Coeli pro Coelii dixit. — Idem: Caeli spatium OVIDIUS NASO torificium ait, quia [39]) tantum caelum patere videtur, quantum torificium patet, Item ASCONIUS PEDIANUS ait, se vidisse Virgilium dicentem, in hoc loco se

---

31) Codex: se dicit. 32) Codex: rapi. 33) Codex: turbido belli. 34) Codex: aput, ut et infra ad vers. 105. legitur: aput antiquos, et eclog. 4, vs. 4. adn. 5. Vide supra ad eclog. 3, vs. 50. 35) Codex: causam. 36) In codice: aiacistreum. 37) Codex: urnarum. 38) Codex: aspiciens. 39) Codex: qui.

grammaticis crucem fixisse, quaesituris [40]) res, si quis studiosius occuleret. Dicit autem propter Caelium Mantuanum. Hoc tantum posuit allegorice, id est m – llo – – – noluissem te adloqui, hoc est, Virgilius Octavianum u – – – – – – – – – – – lluce loco.

Vs. 106. ***Dic,*** responsio. ***Inscripti nomina regum,*** Aiacis, Hyacinthi, [41]) alii Adonidis: Allegorice flores omnia poëmata, nomen Octaviani demonstrantia et Antonii.

Vs. 107. ***Nascantur flores;*** eos flores, qui litterarum demonstrant formam, nomine obtinent. Aiax cum se interfecit gladio Hectoris, flores violae et terra sanguine concretae litteras habuerunt [42]) nomen Aiacis exprimentes; habuerunt enim duo aee. — ***Phyllida,*** accusativus casus. ***Solus habeto,*** tua erit amica, et Antonii resere quaestionem.

Vs. 108. ***Non nostrum,*** non nostrae peritiae. — ***Non nostrum,*** non est certantium, id est vestrum, sed iudicantium componere.

Vs. 109. ***Tu,*** Damoeta, dignus, more iudicis. ***Et quisquis,*** id est, qui amet, quid videat neodiat. Allegorice recapitulatio de amore Octaviani et Antonii. — Et hic Phyllida, et quisquis amores et reliqua recapitulatio, qui [43]) amat, ne amittat, et qui studiorum amore flagravit, nec labore desit. [44])

Vs. 110. ***Aut metuet dulcis,*** donec amat; ***aut experietur amaros,*** postquam impetraverit. — Si metuet dulcis, experietur amaros; sin autem non metuet amaros, experietur dulces.

Vs. 111. ***Claudite*** et reliqua. Palaemon ipse processerat agros suos inrigare, sed iudex residens servis suis hoc facere permiserat, ideo ergo dicit, sufficienter esse inrigatos agros. ***Claudite,*** hoc est cantare desinite; satiat enim audiendo sonus. ISIDORUS [45]) ait. — ***Claudite*** et reliqua. Allegorice carmen finiendum dicit. ***Rivos,*** linguas. ***Prata,*** mentes vel aures audientium.

Ad eclog. IV.

Hanc eclogam scriptam esse aiunt in Asinium Pollionem, quidam in filium eius Saloninum, alii in ipsum Caesarem. Saloninus dictus est a Salonis, civitate Dalmatiae; nam Pollio pro consule Dalmatiae constitutus progenuit eum. In hac ecloga solus poëta loquitur de restauratione novi saeculi, hoc est Saturni regnum aureum sub Octaviano adolanter restauratur, quod secundum Christianos ad novum testamentum per Christum et Mariam renovatum depravate convenit. — Hanc eclogam alii dicunt in laudem Pollionis eum fecisse, alii autem in filium [1]) eius Salonium, qui ab eo nomen accepit, quod illo tempore pater eius Salonas expugnavit. – Alii in laudem Caesaris, sive Marcelli, filii Octaviae. — In hac ecloga simpliciter poëta canit genesin nascentis mundi sub Caesaribus. In hac ecloga poëta duobus modis Augusto adolatur habundantia rerum et carminis [2]) modulamine. In hac ecloga talem genesin inducit i. e. mundi iterum infantiam. Haec ecloga sic habetur, quasi in Sicilia. Haec ecloga aliquando sic habetur, quasi in agro, ut n o n o m n i s a r b u s t a i u v a n t, aliquando in urbe, i n c i p e, p a r v e p u e r, r i s u c o g n o s c e r e m a t r e m. Haec ecloga non proprie bucolicon [3]) dicitur. — Novi saeculi interpretatio, quod praedixit Sibylla.

Vs. 1. ***Sicelides,*** Sicelidis [*]) facit mentionem, quia Theocritum Siculum imitatur in bucolicis. ***Musae,*** vocativus, accusativus ***paulo maiora,*** maiorem laudem. — ***Sicelides Musae,*** Musas Siculas invocat, quoniam Siculus fuit Theocritus, quem in bucolicis imitatur. ***Sicelides,*** i. e. Sicilienses. ***Paulo maiora,*** quia novum saeculum, de quo dicturus est, vetus praecellit.

---

40) Cod.: q u e s i t u r o s. 41) Cod.: a c i n t h i. 42) Cod.: h a b e r̄ e x o r t a e n o m e n. 43) Codex: q u i a. 44) Scribendumne est: n e l a b o r e d e s i t? 45) Cod.: I s i ō.

1) Codex habet: a u t e m i n l a u d e m i n f i l i u m. 2) Cod.: c a r m i n e. 3) Cod.: b u c o l i c o. *) In cod.: S i c e l i d a e. Voluitne Siciliae?

Vs. 2. *Omnis* pro omnia. *Non omnis arbusta iuvant,* id est, non omnis delectat pastorale carmen. *Iuvat,* delectat. *Myricae,* genus fructecti. — *Non omnis arbusta iuvant,* haec si allegorice diceret, non omnes populi laudem amant,[4]) vel vicem laudis suae reddunt, ideo regnum Octaviani et consulis laudabo et cantabo; vel omnia ad Christum referunt. *Myricae,* virgultum infructuosum, allegorice carmina humiliora.

Vs. 3. *Si canimus silvas,* si de rusticis rebus scribimus. — *Si canimus silvas,* id est: si animus meus digne silvas, id est pastorale carmen, expediat, vel si animus Pollionis silvas diligat, id est carmen meum. *Silvae sint consule dignae,* id est, possim et ego in bucolicis digne aliquid de Pollione scribere, qui utique erat designatus consul eo tempore, quo agris praeerat dividendis.

Vs. 4. *Ultima,* suprema. *Cymaei,* Sibylliaci. *Cymaei,* quia Sibylla quattuor deorum descripsit regna, quae Cymaea dicitur de monte Cymo, et haec est Sibylla, quae de Christo cecinit multa; sed melius Hesiodi carminis, qui Cymaeus de Cyme, Asiae civitate, dicitur. *Aetas,* tempus. — *Ultima Cymaei.* Alii Sibyllam, quae Cymaea fuit, intellegunt, quae quattuor saecula libris suis digessit, aureum, argenteum, aereum et ferreum; alii verius Hesiodum, qui apud [5]) Cymen, urbem Asiae, vixit, quique per ordinem, ut Sibylla, deorum regna scripsit et ait, regna in caelo esse diversa, primum Saturni fuisse aureum, deinde Iovis argenteum, Neptuni aeneum, postremo Apollinis. Hoc sequitur Virgilius. Regnum, quod posteritatem significat, et ad Apollinem pertinere ait et in honorem Caesaris, quia Apollinem se Augustus vult accipi. *Ultima Cymaei carminis,* quod Cyme Sibylla descripsit, in quo praedixit futuris saeculis tempora meliora.

Vs. 5. *Magnus ab integro,* ab origine, de novo, ab initio, denuo, hoc est, ut fuerunt bona, ita et nunc erunt.

Vs. 6. *Virgo,* iustitia, inter rusticos morata, fugiens mores hominum malos, in caelum abiisse serviret, nunc redisse virgo iustitiaque decrevit propter hominum conversationes vel terrae, quae nunc frugifera sicut et tunc, vel Saturni Maria. — *Iam redit et virgo,* id est incorrupta iustitia, quae fugiens malos hominum mores in caelum dicitur abiisse. *Redeunt Saturnia regna,* quae credebantur aurea fuisse. Quattuor etenim saecula dixerunt extitisse, id est aureum, argenteum, aereum, ferreum; ergo aureum dictum est rediturum.

Vs. 7. *Iam nova progenies,* Salonium dicit, filium Pollionis, qui multis cum prodigiis [6]) natus esse dicitur et risisse statim et XX digitos in manibus habuisse et nono die obisse, unde propter praesentia mala cupiditate temporum meliorum coniiciebat aliud saeculum secuturum. — *Progenies,* Saloninus vel Augustus vel Christus vel Marcellus, Octaviae filius. *Caelo,* a caelo vel de caelo, quia volebat eum credi a diis genitum, vel per hoc Pollioni adolatur, dum eum habere dicit honorem deorum.

Vs. 8. *Tu,* Diana. *Puero,* Phoebo vel Salonino. *Quo ferrea primum,* gens laboriosa, vel lex vetus, vel aemulos Romanorum compescet puer. — *Tu modo nascenti puero casta fave Lucina,* id est Salonio fave Diana, quam nascentes pueros in lucem educere putabant. *Quo ferrea primum,* id est desinit ferreum saeculum, ut oriatur aureum.

Vs. 9. *Gens aurea,* Romani in deliciis, vel aurea domus Romae, vel nova lex aurea. *Desinet,* cessat.

Vs. 10. *Lucina,* id est Diana, quae apud Latinos Lucina dicitur, apud Graecos Iathias.*) Lucina dea, quae parturientibus lucem praebere dicitur, quae duas**) lampades duasque pupillas habere dicitur, quod nascentibus pueris lucem perennem det, vel quod luci praesit. — *O tuus,* Diana. *Iam regnat Apollo,* quia dixerunt, Apollinem quandoque regnaturum, qui frater Dianae putabatur; vel per Apollinem Caesarem vult intellegi.

Vs. 11. *Teque,* adolatur consulem. — *Teque adeo decus hoc,* ad Pollionem loquitur, ac [7]) si diceret, haec bona tuo consulatu provenient. *Inibit,* incipit.

Vs. 12. *Magni,* longi, vel pro populis intellegendum est lucido opera quasi dies habentibus. — *Procedere,* venire. *Magni menses,* duodecim, qui ante decem fuere, vel m a g n i m e n s e s pro magnis populis.

---

4) Cod.: e m u n t. 5) Cod.: a p u t, cf. ad eclog. III, vs. 50. adn. 17. 6) Cod.: p r o d i g n i s. *) Voluitne scribere: I l i t h y i a? **) Cod.: d i r a s. 7) Cod.: h a e s i.

Vs. 13. *Te duce,* te veniente, o Salonine. *Te duce,* te principe. *Solvent terras,* id est, si quod vestigium sceleris remansit, unde [8]) est magna formido, solvetur; vel scelera pro bellis posuit, quae cessatura dixit, vel proscriptiones Syllanas et Caesarianas dicit esse solvendas, et hoc de Augusto vult intellegi. — *Sceleris,* peccatorum. *Sceleris vestigia,* proscriptiones Syllanae et Caesarianae; vel corpus liberatum a peccatis significat, quia tempore Augusti Salvator venit. *Sceleris* nostri *vestigia,* mali mores, si quod est vestigium sceleris, unde est magna formido.

Vs. 14. *Solvent,* homines. — *Formidine,* Pollionis.

Vs. 15. *Ille,* Caesar, [9]) *deum vitam accipiet,* adfirmat Caesarem esse immortalem. — *Ille deum vitam accipiet,* de Salonio dicit, deorum vitam habebit.

V. 16. *Permixtos heroas,* potestates caelestes. — *Permixtos heroas,* quos dicebant deos de hominibus fieri.

Vs. 17. *Pacatumque reget orbem;* si de Salonio, paterna virtute reget Salonas; si de Octaviano, virtute Iulii reget terrarum orbem. — *Reget,* Octavianus orbem, Saloninus Dalmatiam, [10]) vel Caesar Romanos, vel Christus Christianos. Aliter: quia Iulius Caesar orbem terrarum pacasse videtur, quia Augustum sororis suae filium haeredem imperatoremque reliquit. [11])

Vs. 18. *At tibi prima puer* et reliqua, id est, tibi, Saloni, inculta munus dabo; vel nullo colente terra tibi munuscula sponte praebebit. — *Nullo cultu,* sine humano cultu, vel dona magorum.

Vs. 19. *Errantes passim*, passim serpentes. — *Baccare,* genus herbae florisve iucundi odoris.

Vs. 20. *Ridenti,* laeto vel patenti. — *Colocasia,* herba apud Alexandrin - - - - - aste radicis, cibo digna et in Aegypto circa Nilum nascitur. *Acantho*, herba.

Vs. 21. *Ipsae referent,* ipsae capellae per se, non per pastores. — *Distenta,* plena.

Vs. 22. *Magnos,* feroces. — *Nec metuent,* mansuescent enim; *magnos leones,* homines feroces.

Vs. 23. *Blandos flores,* non omnes blandos, sed ex omnibus meliores. *Cunabula,* initia generis. Cunabulum genus arboris, in quo pueri conantur molimina, graecum. [12])

Vs. 24. *Occidet,* abscondet. *Fallax herba,* herba aconita, quae in Sardinia nascitur, quam si quis comederit, moritur; alibi autem nata somnium tantum hominibus facit. — *Occidet et serpens,* id est, morietur. Noxiae, pestes, Assyrium et serpens signa nocifera in caelo, quae [13]) occidere dicuntur.

Vs. 25. *Occidet Assyrium*, id est, abscondetur nocivum Syrii sidus, vel Assyrium amomum, ubi nascitur. — *Vulgo,* ubique, passim, promiscue. *Amomum,* genus floris, quod tantum in Parthia nascitur, quo amomum unguentum conficitur.

Vs. 26. *At,* verum. *Simul* [14]) *heroum laudes,* Pollionis et Caesaris, vel duodecim libros Aeneidum. — *Laudes heroum,* id est Pollionis vel Caesaris, canere poteris, cum ad virilem togam perveneris, vel scriptas ab aliis legere.

Vs. 27. *Legere,* liceat [15]) canere. *Iam legere;* fuit enim Pollio nova carmina faciens, velut Christus in templo.

Vs. 28. *Paulatim,* sine studio hominum terra fructus reddet. — *Flavescet,* omnia tibi dulcia.

Vs. 29. *Rubens,* matura. — *Sentibus uva,* vineis, arbustis.

Vs. 30. *Sudabunt,* effluent. — *Roscida mella,* quia mel ex rore colligitur, aut quia cum rore de caelo cadit.

Vs. 31. *Pauca tamen.* Sive Gallorum, sive Gothorum perturbationem prophetat, sed verius Parthicam, de qua portas [16]) iam clausas legimus duodecim annos. — *Priscae vesti-*

---

8) Codex: inde ē. 9) Codex: caesa. 10) Codex: dalmata. 11) Codex: reliquid, ut supra inquid. 12) Codex: gre suum. 13) Cod.: qui. 14) Cod.: simul cum heroum. 15) Cod.: liqueat. 16) Codex: porta.

gia fraudis, antiquae discordiae, astutiae hominum. *Priscae fraudis,* vetera bella raptusque coniugum et perfidiae hospitum remanebunt.

Vs. 32. *Temptare* pro temptabunt. *Thetim,* mare.

Vs. 33. *Iubeant,* cogant.

Vs. 34. *Alter,* allegorice Antonius. — *Tiphys*, gubernator navis Argo, qui in ponto cum superiore parte navis perisse dicitur, in loco, qui Symplegas dicitur. *Argo,* navis apud[17]) Danaos; eiusdem Tiphys [gubernator.]

Vs. 35. *Delectos heroas*, id est fortes viros. *Delectos* pro electis dixit, qui Argonautae dicti sunt et cum Iasone Colchos profecti. — *Altera bella* imperii tui.

Vs. 36. *Troiam,* Italiam vult intellegi per longiorem sensum, quia a Troianis est constituta. *Achilles,* Pyrrhus Epirota de genere Achillis, [18]) vel Pyrrhus, qui contra Romam dimicavit. Allegorice Antonius. — *Ad Troiam,* ad Asiam. *Achilles.* De Augusto Caesare, id est Octaviano dicit. Iulius enim Caesar cum Octaviano per testamentum nomen suum et regnum tradidit, etiam Troiam eum iussit restaurare.

Vs. 37. *Hinc ubi iam firmata aetas,* quasi tunc puer esset Augustus, vel non natus, ita dicit. — *Virum te fecerit,* vel ad puerum Salonium loquitur, quasi diceret, ubi adoleveris, vel ubi virilem togam sumpseris, vel ad Augustum, quasi puer esset tunc Octavianus, sive non [19]) natus esset, ita vaticinatur.

Vs. 38. *Cedet et ipse mari vector,* id est, is qui merces vehit, dabit locum mari, nec necesse erit negotiari, quia omnia in omnibus terrae locis habundabunt. *Nec nautica pinus,* non indiget navigare, quia omnia ad te ferentur prae timore, [20]) et pro honore regni haec omnia dicuntur. — *Cedet et ipse mari,* abstinebit mari, sponte advenient. *Vector* pro vectores, vel *cedet,* omnia tibi cedent, quamvis primo putaveris bella. *Nautica pinus,* nautarum navis.

Vs. 39. *Merces* pro mercedes. *Fert,* procreabit. — Omnia habundabunt.

Vs. 40. *Rastros,* aratra, vel rastros, quibus operiuntur grana. — *Non vinea falcem,* non amputabitur.

Vs. 41. *Robustus arator tauris iuga solvet,* propter ubertatem terrae infatigabilis non iniciet se labori.[21])

Vs. 42. *Varios colores,* plagae enim signum apud gentiles creditur diversos colores in uno vellere esse. — *Mentiri.* Fucata lana mentitur alios colores.

Vs. 43. *Aries,* arietem pro omni pecore dixit, et per arietem ceterum pecus intellegit. — *Suave,* adverbium.

Vs. 44. *Murice,* tinctura purpurea, [22]) vel rubra tinctura, vel flos. *Croceo luto,* hycinthino colore, [23]) vel genus floris. — *Croceo luto,* id est tinctura crocei coloris. *Mutabit,* id est natura sua ex alio in alium colorem. Haec omnia pro habundantia rerum dicuntur.

Vs. 45. *Sponte sua,* nemine ferente, hyperbolice loquitur. — *Sandyx,* genus herbae rubeae, cuius radices infantes cum coxerint, tabularum ceras ex eis tinguntur, unde et sandines vel sandices vestes dicuntur.

Vs. 46. *Talia,* praedicta. *Talia saecla suis,* id est, dixerunt concordes Parcae fusis suis, id est, cum fusis suis haec statuerunt, in quibus putabantur fata contineri. [24])

Vs. 47. *Parcae.* Parcae enim fata hominum per fusos suos exposuerunt, alia nendo, alia texendo, alia rumpendo, ut LUCANUS ait.

Vs. 48. *Adgredere,* o Solanine. — *Adgredere magnos honores,* id est, incipe adscendere.

Vs. 49. *Cara deum soboles. Deum* pro deorum posuit. Hoc vel ad Saloninum puerum loquitur, vel ad Octavianum, quos vult a diis originem trahere. — *Magnum Iovis*

---

17) Cod.: aput. 18) Cod.: cachillis. 19) Cod.: si, venus natus. 20) Cod.: pro timore. 21) Cod.: Noninici et selabori. 22) Codex: purpura. 23) Codex: iacinctho colare. 24) Codex: continere.

incrementum, id est, cui Iuppiter magnum dederit incrementum, hoc est augmentum, aut [25] incrementum Iovis, ut in numerum deorum accesserit. — ***Iovis***, de gente eius incrementum sive hominibus sive diis.

Vs. 50. *Convexo*, vecto, rotundo, vexato. — ***Nutantem,*** exultantem gaudio aut trementem honore.

Vs. 51. *Tractus*, latitudinem, profundum, excelsum.

Vs. 52. *Laetentur ut omnia*; laetatur mundus in adventu tuo.

Vs. 53. *O mihi* et cetera, id est, o si mihi vitae spatium esset sufficienter, [ut] tua fata canerem. — *Vitae,* quo vita mihi liceat. [26]

Vs. 55. ***Nec Thracius Orpheus,*** de Thracia, Calliopae Musae et Oeagri filius, qui tantum putabatur cithara potuisse, ut ab inferis Eurydicen coniugem revocaret. Huic Orpheo mater Calliopea.

Vs. 56. ***Nec Linus.*** Hic dicitur fuisse Apollinis et Psamatis filius, Thebis oriundus, qui cursum solis lunaeque et omnium astrorum, omniumque rerum carmen scripsit versibus non iniucundis. [27] — *Atque huic,* Lino.

Vs. 59. *Pan etiam Arcadiae,* ubi maxime colitur. — ***Iudice,*** iudicante, mecum se iudice certet, quae possit etiam victor favere.

Vs. 60. *Incipe parve puer* et reliqua usque *cubili est.* Horum versuum, nisi nimis docti [28] incederent, facilis erat intellectus. Profecto enim nihil aliud dicit, quam hoc: incipe puer parentibus iucundus esse et risu cognoscere matrem; sed curiosi [29] aliud putant. — *Risu cognoscere,* quoniam sic videntur filii parentes suos agnoscere, cum ultro eis arrident, quod post quadragesimum diem faciunt, sin vero ante quadragesimum diem riserunt, indicium mortis est.

Vs. 61. *Decem menses,* quia mares in decimo mense nascuntur, feminae vero in nono.

Vs. 62. *Cui non risere parentes.* Iuppiter sine concubitu dicitur de capite suo Minervam genuisse, Iuno Vulcanum claudum, cui propter deformitatem abiecto, nec Iuppiter illi, nec Iuno adrisit, nec epulis [30] eum Iuppiter accepit, nec Minervae matrimonio copulatus est. Loquitur autem ad Salonium puerum, ne si parentibus non adriserit, Vulcano similia patiatur. Putabant autem ex hominibus [31] duabus ex causis deos fieri: si aut mensas cum diis habeant, aut uxores deas ducant, unde ait Aeolus Iunoni: Tu das epulis accumbere divum. [32] Proinde nobilibus pueris editis in atrio domus Iunoni Lucinae lectus, Herculi mensa ponebatur. Sive hoc vult dicere: incipe parve puer iucundus esse et agnoscere risu matrem, quia qui parentes suos non laetificaverunt, vitae fructum non receperunt, id est, vitales non fuerunt.

Vs. 63. ***Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.*** Iuppiter et Iuno cum ex altercatione sine coitu filios se debere suscipere [putarent,] Iuppiter de capite edidit Minervam, Iuno Vulcanum claudum. Hic praecipitatus de caelo arti fabrili operam dedit, fecit sellam miram, in qua cum Iuno sedisset, dicitur haesisse. Quae cum rogaret, ut solveretur, ille petit, ut suos parentes ostendisset. [33] Adrisisse dicitur Iuno, unde ille matrem agnovit. *Nec deus* et reliqua. Hi sunt, qui parentes suos non laetificaverunt, vitaeque fructum non ceperunt, hoc est, hi tales non fuerunt tanquam deos, qui epulis et connubiis praesint, sed hi parentes suos adfligunt, quod Vulcano factum est; non enim Minervae matrimonio copulatus est. *Nec deus,* Iuppiter, quia de convivio eum trusit, vel Hercules de mensa sua. Hoc allegorice ad Salonium refertur, quasi in convivio deorum non esset, cum cito obisset, nonnulli ad Christum. *Nec deus*, quia epulis et connubiis deos praeesse putaverunt. ***Dea,*** Minerva, Iuno vel Venus, quia nuptias Veneris petierat, sed ab illa contemptus est. Vulcanus historialiter.

---

25) Cod.: autem. 26) Cod.: liqueat. Cf. vs. 26. adn. 15. 27) Codex: infecundis. 28) Codex: doctos. 29) Codex: curios. 30) Codex: epulas. 31) Codex: ex omnibus. 32) Aeneid. I, 79. 33) Sic in cod., non ostenderet. Cf. Ecl. II, vs. 70. adn. 39.

Ad eclog. V.

In hac ecloga pastor Menalcas regem pastorum Daphnim coram Mopso, contubernali[1] historialiter deflet; allegorice vero poëta Virgilius Flaccum fratrem suum coram Aemilio poëta, certe amantissimo, deflet, alii Saloninum, alii Iulium Caesarem. Haec ecloga epitaphion dicitur. Haec ecloga proprie bucolicon dicitur. Haec ecloga in agro canitur, ut hic corylis mixtas inter consedimus ulmos. Haec ecloga in Gallia canitur, ut montibus in nostris solus tibi certat Amyntas. Haec ecloga impari numero epigrammatum maxime gaudet. — Quidam autem ad hanc eclogam dicunt ad Saloninum pertinere. In hac ecloga personae inducuntur. In hac ecloga historia rustica et allegorice civilis intuendae[2] sunt. In hac ecloga nomina duorum pastorum inducuntur, quorum alter obitum fratris deflet et consecrat eum. Haec ecloga in personas divisa est, Virgilii scilicet et Aemilii Macri; fuit enim et ipse poëta Virgilio amantissimus, qui Aemilius Macer, Veronensis, in Asia moritur. In hac ecloga Virgilius quasi sub persona Menalcae loquitur, et Macer quasi sub persona Mopsi.

Vs. 1. *Menalcas.* Virgilius hic intellegitur, qui obitum fratris sui Flacci deflet, vel, ut alii volunt, interfectionem Iulii Caesaris. Mopsus vero Aemilius Macer, Veronensis, poëta, amicus Virgilii amicissimus, qui et ipse poëta fuit, accipitur[3]. — *Menalcas. Mopsus.* Hi duo Daphnim deflent. ***Boni***, ad cantan[dum] docti, idonei. Ordo est: Cur non, Mopse, hic inter mixtas corylis ulmos consedimus, quoniam boni convenimus ambo. — *Cur non*, id est: Non incipimus cantare; incipe enim est infra.

Vs. 2. *Inflare*, intus flare.

Vs. 3. *Corylis.* Corylus genus arboris. — *Considimus* pro consedimus.[4]

Vs. 4. *Tu* elige locum, quia tibi parebo. — *Maior* aetate. *Aequum*, iustum. *Parere*, obedire. — *Tu maior.* Sub persona Menalcae se vult Virgilius intellegi, ut Mopsus eum maiorem et seniorem pronuntiet. IUNILIUS dicit.

Vs. 5. *Sub incertas*, sub divo, sub motu arborum, inconstantes. — *Sub incertas umbras zephyris motantibus.* Ex ventorum enim flatu rami arborum commoventur et umbras mobiles faciunt.

Vs. 6. *Sive antro*, pro in antro, ut *facilis descensus Averno.* — *Ut antrum*, ubi Pan.

Vs. 7. *Labrusca*, vitis silvestris labrusca dicta eo, quod labris adponitur, sive quod in labris ruris, id est in sepibus nascitur. In comparatione vineae vituperabiliter dicitur, quando vero sola profertur, laudabiliter dicitur. IUNILIUS dicit.

Vs. 8. *Amyntas*, Cornificius hic per ironiam intellegitur. — *Amyntas*, pastor Amyntas allegorice Cornificius, vel per ironiam dicitur; nemo enim potest praeter se.

Vs. 9. *Phoebum*, Apollinem, vel te, Virgili, fulgentem. — *Phoebum superare*, id est: non potuisset me vincere, vel potuisset vincere etiam Phoebum.

Vs. 10. *Phyllidis ignes*, Phyllidis amores. Phyllis, Githonis filia, regina Thracum, quae adamavit Demophoonta, filium Adrasti, qui cum Troiam expugnabat, non poterat amorem eius extinguere. Illa impatienter eum desiderans laqueo vitam finivit in arbore, folia non habente. Reversus ergo Demophoon ad illam arborem lacrimavit. Illa autem sensit amantis affectum et pro lacrimis folia pullulavit, ex quo et Phyllis est vocata. IUNILIUS dicit. — ***Phyllidis ignes.*** Phyllis, regina Thraciae, Githonis filia, Demofoontem, Adrasti Thesei[5] filium redeuntem[6] ex Troia adamavit, qui iuxta promissum non rediens, illa sibi mortem laqueo adscivit. Reversus est ergo Demophoon ad arborem illam, foliis carentem, et coepit lacrimare, illa autem sensit amantis affectum et folia pullulavit, ex quo et Phyllis vocata est.

Vs. 11. *Alconis.* Alcon genere Cretensis, sagittarius nobilis cum Dianae sacrificaret, filium suum ludo fatigatum et a somno correptum draco complexus est, quem vibrata[7]

---

1) In codice legitur: contubernali pastorem istorialiter. 2) Codex: intuenda. 3) Id est: habetur. 4) Cod.: consedimus pro consedimus. 5) Cod.: adrastitesei. 6) Voluitne scribere: non redeuntem. 7) Cod.: quā liberata.

sagitta inlaeso puero transfixit et occiso dracone filium incolumem liberavit. — *Alconis.* Alcon peritissimus sagittariorum iter agens puerum adspexit a serpente circumplexum [8]) et direxit sagittam pueroque intacto serpentem occidit. IUNILIUS dicit. *Codri.* Codrus, Atheniensium dux, cum inter Lacedaemonios et Athenienses bella gerebantur et nullo modo poterant compesci, accepto responso Apollinis, eorum fore victoriam, quorum rex hostium manu cecidisset, et ex quacunque acie princeps fuisset occisus, illam et vincere; cum ergo nemo auderet principem occidere, Codrus iste servili et rustico habitu, quasi unus pabulatorum ad hostes veniens tanta iurgia ingessit, ut mortem mereretur. Sic ergo ab eis occisus suis victoriam praebuit.

Vs. 12. *Tityrus haedos,* non te retinebit hoc.

Vs. 13. *In cortice fagi.* Antiqui carmina in cortice scribebant, quia charta non erat.

Vs. 14. *Modulans,* modos componens carminum.

Vs. 15. *Experiar,* dicam. — *Amyntas,* Cornificius.

Vs. 16. *Lenta,* flexibilis. *Salix pallenti cedit olivae,* quia salix similia folia habet olivae, et paene similes sunt salix et oliva.

Vs. 17. *Puniceis,* rubeis. *Saliunca,* genus herbae florem minutum gerens suavissimi odoris. IUNILIUS dicit. — *Rosetis,* a rosa, ut rubentes rosas. —

Vs. 19. *Desine* dicere. *Successimus,* intravimus. — *Successimus antro.* Hoc est colloquium, nunc luctus incipit.

Vs. 20. *Crudeli funere,* saeva morte. Crudele funus est vivis parentibus mori. Vel de Caesare dicit, qui viginti tribus plagis in curia confossus est. *Daphnim.* Daphnis eximiae formae rex pastorum et non diu vixit. Alii allegorice luctum Salonini relatum dicunt, sed magis epitaphium fratris intellegimus, et Virgilius specie Daphnidis fratrem suum, Flaccum nomine, deflet, quamvis alii de Iulio Caesare dicunt. IUNILIUS dicit. — *Daphnim.* Daphnis pastor hic cum amaret Caedinam nympham et fidem ei dedisset, expertem se omnium feminarum praeter eam, iuravit et in quandam nympham lapsus est, et ob hoc peiurium luminis orbatus est, carminis tamen meruit scientia et venerabilis inter pastores fuit pro carmine. IUNILIUS dicit. *Daphnim.* Daphnis, Mercurii et Hersae filius, in Sicilia pastor eximiae formae fuisse dicitur, sub cuius nomine vel Flaccum, germanum suum, vel Iulium deflet.

Vs. 21. *Flebant,* lamentabantur. *Vos [t]estis coryli et flumina,* populum et senatores appellat; notandum tamen quod feminino nomini et neutri respondet [testes] [9]) dicendo testes coryli et flumina.

Vs. 22. *Cum complexa sui.* Si de Flacco dicit, Maiae matris eius mentionem facit, qua superstite mortuus est, si de Caesare, ma[t]rem eius vult intellegi. — *Complexa corpus.* Superstite enim Maia matre Flaccus defunctus est, quae eius mortem graviter ferens non diu supervixit. IUNILIUS dicit. — *Miserabile,* miseratione dignum.

Vs. 23. *Astra crudelia,* per quae hominum fata moveri atque impleri vel mutari putabant; sane dicendo crudelia etiam deos, quod masculinum nomen est, conclusit.

Vs. 24. *Nonulli pastores,* non ulli. Non ullus [10]) erat, qui pecora Daphnidis pasceret, vel nullus gregem propriam pro luctu requirit, vel ipa pecora pro moerore pascere nolunt. — *Nonulli,* versus XIII syllabarum. Nullus cogit pecus suum propter planctum, pecora ipsa non pascebant se pro taedio. *Egere,* egerunt; ago, egi.

Vs. 25. *Daphni,* vocativus casus est.

Vs. 26. *Libavit,* gustavit, vel leviter ore attigit. — *Graminis,* campi.

Vs. 27. *Poenos,* crudeles. *Poenos leones,* id est Africanos, vel Carthaginienses vult intellegi Iulium flevisse. — *Leones,* pro montibus, in quibus sunt leones.

Vs. 28. *Interitum,* mortem Iulii Caesaris. *Interitum.* Non optime mors iam merita interitus dicitur. IUNILIUS dicit. — *Montesque feri,* praerupti, vel in quibus sunt ferae, vel si de Iulio accipis, feros montes eius interfectores, silvas Romanum populum intellege.

---

8) Cod.: circumflexum. 9) In cod.: feminino nomine et neutro respondet dicendo.
10) Cod.: nonnulli et nonnullus.

Vs. 29. *Daphnis*, deest nam. *Armenias*, reliquias Liberi patris, quas [11] Iulius deduxit de Armenia ad Romam. *Curru*, pro currui id est, immanes enim et feros homines docuit religionem. [12] — *Armenias tigres*, vult, quia inter pastores Daphnis primus tigres domuit, vel allegorice de Iulio intellegi, quod Armenias tigres, id est, feras gentes perdomuit. — *Tigres*, bestias, non primus, quia alius tigres domuit, sed inter pastores primus. IUNILIUS dicit.

Vs. 30. *Instituit*, invenit. *Daphnis thiasos;* Iulius enim reliquias Liberi patris et sacra Romam [13] adduxit. *Thiasos*, hastas variis sertis indutas, quibus Bacchae, id est mulieres bacchantes [14] in sacris Liberi patris utebantur. Hoc genus ludi more certantium bacchintia coetus virginum vel puerorum bacchantium plangentibus nymphis. — Item: *thiasos*, saltationes. Sunt enim thiasi coetus virginum atque puerorum bacchantium plangentibus nymphis. *Bacchi*, Liberi patris, quia, postquam libabat [15] vinum, bacchabatur.

Vs. 31. *Intexere*, inligare, innectere.

Vs. 34. *Tuis*, parentibus sis propitius tuis. *Tulerunt*, abstulerunt.

Vs. 35. *Pales*, dea frugum vel pabulorum, vel dea pastoralis, ut putabant.

Vs. 36. *Grandia saepe quibus*; morte Flacci vel Iulii universa mutata sunt, adeo ut sterilitas fieret.

Vs. 37. *Infelix*, sterile, ut e contrario felix fecundum. *Lolium*, zizanium. [16] — *Infelix lolium*, quia qui manducant, coecitatem patiuntur. *Avenae*, herba messibus nociva.

Vs. 38. *Molli*, purpurea. — *Purpureo*, pulchro. *Narcisso*, puer in florem conversus.

Vs. 39. *Carduus et spinis surgit paliurus acutis.* Sensus est: post obitum Daphnidis, id est Flacci, omnia, quae fecunda erant, sterilia sunt. IUNILIUS dicit. — *Paliurus*, herba spinosa. —

Vs. 40. *Spargite humum foliis*, genus planctus est, [17] hoc est, desuper congregare, vel humum super folia spargi dicit. — *Inducite*, idem tegite [18] circumflexis et circumfixis arboribus.

Vs. 41. *Mandat fieri sibi Daphnis*, carmen post mortem. — *Talia*, funesta.

Vs. 42. *Addite*, superscribite. — *Carmen*, epitaphium, hoc est in eulogio superscribite duos versus sequentes.

Vs. 43. *Daphnis ego* et reliqua, sit scriptum supra tumulum. Haec allegorice Iulio conveniunt vel Flacco. — *In silvis*, in silvis positus. *Hinc usque ad sidera notus*, ut alibi *fama super aethera notus*, aut quia deus, aut quia futurus erat. IUNILIUS dicit. — *Ad sidera*, quia deus futurus existimabatur.

Vs. 44. *Formosi pecoris*, Romani populi. Si ad Caesarem referas, hoc dicit: boni populi optimus imperator. — Semper epigrammata amant, ut Aeneas haec de Danais.

Vs. 45. *Tale*, dulce.

Vs. 46. *In gramine*, in campo.

Vs. 47. *Restinguere*, infinitivo modo. — *Saliente*, scatente. [19]

Vs. 48. *Calamis*, scriptis. — *Aequiparas*, quo aequaris, adsimulas. Aequiparas accusativo casu et ablativo servit. *Voce*, cantu. *Magistrum*, Theocritum. Allegorice dicit Virgilius de Theocrito.

Vs. 49. *Fortunate*, honorem coeptum servat. — *Alter ab illo*, secundus a Theocrito.

Vs. 50. *Nostra*, carmina.

Vs. 51. *Tollemus ad astra*, immortalem faciemus.

Vs. 53. *Maius*, melius.

Vs. 54. *Et puer iste fuit*, modo Daphnis, vel Flaccus, non Iulius.

Vs. 55. *Stimicho*, poëta, vel pastor et ipse puer fuit. Figuravit nomen Echo nympha resonando. — *Stimicho*, quasi stimulante Echo.

---

11) Cod.: quae. 12) Cod.: fero homines docuit religionem. 13) Cod.: romae. 14) Cod.: mulieres dibachantis. 15) Cod.: libebat. 16) Cod.: zyzaniam. 17) Cod.: plactus est. 18) Cod.: tigite. 19) Cod.: scantente.

Vs. 56. *Candidus*, pulcher. *Insuetum*, aut sibi aut hominibus coeli viam. — *Limen Olympi*, ianuam coeli, vel limen pro templo posuit.

Vs. 57. *Daphnis*, Iulius.

Vs. 58. *Alacres*, sine laceratione iucundas. — *Et cetera rura voluptas*, adiuvat caelo.

Vs. 59. *Panaque pastoresque tenet; tenet*, delectat, ut nos lectio tenet. — *Dryadas*, nymphas inter arbores habitantes. — *Dryadas*, nymphas agrestes.

Vs. 60. *Nec lupus insidias*. Sensus est: omnia bona sunt adiutorio eius. — *Nec lupus insidias*. Securitatem dicit.

Vs. 61. *Meditantur*, praeparant. *Otia*, pacifica.

Vs. 62. *Ipsi*, id est Menalcae; intellege hanc vocem colles et silvas dedisse respondentes. — *Iactant*, laudant.

Vs. 63. *Intonsi montes*, metaphorice intacti, umbrosi,[20] nemorosi, silvestres, vel montes pro habitatoribus.

Vs. 64. *Deus, deus ille, Menalca*. Id est, cantanti Menalcae montes et silvae haec respondebant. *Ille*, Daphnis scilicet. — *Deus, deus ille Menalca*. Hic quaestio ab imperitis Virgilio obicitur, qui confundi personas[21] a poëta arbitrantur. Duos enim inducit pastores in principio huius eclogae alternos[22] cantantes, Mopsum et Menalcam, unde cum Mopsum dicere debuit, Menalcam,[23] suum nomen, dixit; sed qui diligentius sensum horum versuum adtenderit, ipsi laetitia voces[24] intelleget, hanc vocem colles et silvas dedisse respondentes Menalcae cantanti: Deus, deus ille, Menalca. IUNILIUS dicit.

Vs. 65. *Sis bonus*, id est propitius, ut ibi adsit laetitiae et Bacchus dator et bona vina.[25] *Felixque tuis*, quos opertus occupaverat memor. — *Felix*; feliciter usus: *quattuor aras*, arae enim hominibus ponuntur, diis altaria.

Vs. 66. *Duas tibi Daphni*. Semper impar numerus ad superos pertinet; par autem ad inferos, sive mortuos homines. — *Phoebo*, i. e. sic tibi, ut Phoebo, vota feremus.

Vs. 67. *Vina*,[26] pro vinea, vel vina pro bina. *Novo*, recenti lacte; quia et caseus[27] lac dicitur, ideo dixit novo vel recenti.

Vs. 68. *Craterasque duos*, id est duo sextaria. Quoniam duas aras consecrat, eleganter adiunxit duos crateras. IUNILIUS dicit. — Fit crater et cratera. — *Olivi*, pro olei, quia tantum Minervae oleum consecratur.

Vs. 69. *Baccho*, vino.

Vs. 70. *Si frigus erit*, si hiemps fuerit. *Si messis*, si aestas.

Vs. 71. *Novum*, magnum. *Calathis*, calicibus. *Calathis*, genus poculi, hoc est phialis[28] in angustum sursum collectis. *Ariusia*. Ariusium vinum Chium[29] significat ex Graecia, quod est optimum. *Nectar*, dulcedo saporis. — *Ariusia*, oppidum Italiae, ubi Picenum vinum nascitur; vel vina Ariusia, quae sunt novum nectar, vel Ariusia promontorium est Chii insulae, vel Ariusia Lesbium vinum, ubi portus Ariusius in insula Lesbo est, vel [a] Chio monte, qui est in insula Chio.

Vs. 72. *Damoetas*, allegorice Virgilius. *Aegon*, allegorice Pollio. — *Lyctius*, Cretensis, a Lycta, urbe Cretae. IUNILIUS dicit.

Vs. 73. *Saltantes*, ad mobilitatem corporis pertinet. — *Satyros*, pueros vel homines silvestres. Sensus est: Sic laeti sicque saltantes erimus, quasi satyri simus. *Alphesiboeus*, quidam pastor, vel allegorice Cornelius Gallus; quem invenisse boves significat, cum sibi restituisse agrum.

Vs. 74. *Solemnia* dona sunt, quae certis diebus celebrantur. — *Solemnia vota*, anniversaria sacra certis diebus celebrantur propter fetas. Coenarum autem genera tria sunt,

---

20) Codex habet: umbros. 21) Cod.: personam. 22) Cod.: alterius. 23) Cod.: Mopsus et Menalca. 24) Voluitne scribere: ipsa laetitia vocis? 25) Cod.: vino. 26) Sic etiam in versu Virgilii a manu prima scriptum, sed a manu recenti mutatum in bina. 27) Cod.: caseos. 28) Cod.: fialas. 29) Cod.: Ariusum vinum ciori.

unum, ut dixi, solemne, aliud viaticum, cum ad coenam convocentur, tertium geniale, quod*) genio nostro indulgemus.

Vs. 75. *Lustrabimus,* purgabimus, unde et ambarvalis [30]) dicitur hostia ab ambiendo arva, id est, purificamus sacrificiis.

Vs. 76. *Dum iuga montis aper*, hic ad tempus, alibi enim in perpetuum, ut *in freta dum fluvii currunt, dum montibus umbrae.* [31])

Vs. 77. *Thymo,* genus virgulti florentis. — *Dum rore,* donec ros est. *Cicadae,* vermes.

Vs. 78. *Honos*, honor. Honos in sacrificiis, nomen in praedicatione, laudes in meritis.

Vs. 79. *Baccho,* Libero patri. — *Ut Baccho Cererique*, sic tibi Daphnidi, quasi tertio deo, Cereri autem propter aridos, Libero propter humidos fructus, Daphnidi propter pecudum [32]) proventus. IUNILIUS dicit.

Vs. 80. *Damnabis*, alligabis; damnatus, addictus et absolutus, ut AGROECIUS dicit. *Tu quoque votis,* vota tua multa adorabunt. — *Tu quoque votis,* discissio hic. — *Damnabis,* devovebis, [33]) votis reos facies, condemnabis et reos votorum facies, hoc est, alios damnabis non sacrificantes, vel superabis alios deos sacrificiis tuis. GAUDENTIUS dicit.

Vs. 81. *Quae tibi,* ut ibi: quae digna pro laudibus istius. IUNILIUS dicit.

Vs. 82. *Venientis sibilus austri,* molliter et leniter venientis. — *Neque me* iuvat.

Vs. 83. *Percussa* leni strepitu. *Iuvant,* delectant.

Vs. 84. *Saxosas,* quoniam iucundus auditur sonus, quotiens aqua prosiliens [34]) saxis impeditur.

Vs. 85. *Hac te nos ante,* hoc te carmine donabimus bucolico. *Fragili cicuta,* hoc est carmen bucolicum. *Hac,* cum qua de ovibus pastoribusque cantavi. — *Hac te nos,* [35]) ad memoriam iucundae contentionis alter alterum muneravit, [36]) hic duas illas eclogas superiores dicit. *Donabimus,* allegorice Octavianum. *Cicuta,* carmine bucolico.

Vs. 86. *Ardebat Alexim,* sic te diligimus.

Vs. 87. *Docuit,* cecinit, i. e. illa cicuta tibi dabitur, in qua illud expressum est carmen: Dic mihi Damoeta et reliqua.

Vs. 88. *Pedum,* baculum incurvatum, quo pedes ovium praepediuntur; pedum, accusativus casus, tantum invenitur. — *Pedum,* aliam laudem, quam nulli alii volebam dare. *Quod, me cum saepe rogaret, non tulit Antigenes et erat tum dignus amari,* i. e. quod munus puer cum esset Cornificius, vel Antonius speciosus et cum concupisceret, non impetravit, quamvis ob aetatem dignus esset.

Vs. 89. *Antigenes,* quidam pastor, allegorice Cornificius vel Antonius.

Vs. 90. *Paribus nodis,* pari intervallo distantibus, aut aequalibus. IUNILIUS dicit.

Ad eclog. VI.

In hac ecloga historialiter notandum, pastores ad senem quendam i. e. Silenum isse et eum sciscitasse antiquas fabulas variasque mundi series, quod allegorice significat, amicos vel socios Pollionis, vel Vari Virgilium postulasse bucolica. Quanto magis Pollio et Varus postulaverunt, qui amici Virgilii erant. Haec ecloga in honorem Vari scripta et Pollionis. In hac ecloga solus poëta loquitur. — Fauni et Sileni et Satyri, haec animalia sunt et alas habent et prius vermes sunt, qui in lignis nascuntur, ut aiunt, et postmodum petulca animalia fiunt. Faunorum i. e. antiquorum Sicanorum, vel genus Fauni, patris Latini; sed genera daemonum*) a quibusdam creduntur, alii vero tria genera pastorum in Italia fuisse dicunt antiquitus, Fauni

---

*) Scribendumne est: quo? 30) Cod: arvam balis dicitur ostia. 31) Virgil. Aen. I, 605. 32) Cod.: peculum. 33) Cod.: devoces. 34) Codex: prosaliens. 35) Codex: actenos. 36) Codex: numeravit. *) Cod.: demoniorum.

[a] Fauno pastore, qui et deus, dicti. LEONINUS dicit: Fauni a fando dicti, Sileni a Sileno poëta, Satyri a Satyro pastore, hisque omnibus haec ecloga modulabilis est, quia de mirabilibus divum suorum et [1]) dearum sacramentis loquitur. — In hac ecloga ostenditur, quod primo Virgilius Aeneidos aggressus est scribere, sed Augusti rogatu humillima, i. e. bucolica conscripsit, ut est: cum canerem reges et reliqua. Alii dicunt, hanc eclogam principium esse bucolicorum. Haec ecloga non proprie bucolicon dicitur. Haec ecloga quasi in Sicilia canitur, ut prima Syracusio et reliqua, et in urbe canitur. In hac ecloga Virgilius Silenum fingit, quia canebat Chromem et Menasylum, Pollionem et Varum et Sillam, [2]) vel Cornelium et Tuccam, qui vinctum quasi postulant, efficiunt. — Faunorum et reliqua, quia de diis dicit, quos his nominibus pro inhabitabili qualitate vel feritate ab hominibus deiunctos [3]) vocat. Faunorum, antiqua genera pastorum in Italia, id est antiquorum Sicanorum nomina, vel socii Pollionis et Vari, qui bucolicum [4]) postulaverunt.

Vs. 1. ***Prima.*** Non [5]) quia primus bucolica Latina scripserit, sed hoc ait; prima haec me voluit talia conscribere, mox et alia facturum, vel laudative. — [***Prima*** i. e. principalia ideo, quia Syracosio versu scribuntur, qui versus praecellit, quia Theocritus Syracusanus fuit, qui primatum obtinuit apud Romanos. — ***Syracusio*** pro Syracusano, proprium pro appellativo posuit; Syracuso autem debuit dicere a Syracusis, civitate Siciliae, sed poëtice figura usus Syracusio dixit. ***Dignata est,*** digno et dignor. — ***Ludere,*** eleganter ait ludere carmen iucundum et remissum et minime triste describens.

Vs. 2. ***Nostra,*** i. e. Itala, Romana. — ***Nostra Musa,*** namque poëtarum [est]. ***Neque erubuit silvas habitare,*** id est bucolica scribere. — ***Thalia,*** nomen proprium Musae, vel Musa silvestris.

Vs. 3. ***Cum canerem*** et reliqua, hoc est cum canere vellem, ut ibi: et terruit Auster euntes, pro ire volentes. Eleganter declaratur hoc versu Virgilius coeptos [*]) Aeneidos libros habuisse in honorem regum Romanorum, et proposito omisso Augusti imperio minora potius carmina scripsit. IUNILIUS FLAGRIUS dicit. ***Aurem vellit,*** aurem a meis carminibus abstulit, vel aurem vellit, i. e. aurem mihi tetigit. — ***Cum canerem reges,*** id est, cum canere vellem reges Romanorum sive Albanorum, vel vellem Aeneidos scribere. ***Cynthius,*** Apollo, a Cyntho monte, qui in Delo insula est. Sic appellatus allegorice Augustus, qui se rogavit bucolica scribere; eum per Apollinem pro honore eius vult intellegi.

Vs. 4. ***Et admonuit pastorem,*** de se dicit. ***Tityre,*** o Virgili. —

Vs. 5. ***Pascere oportet oves,*** ad illud refert, quod coepisset Albanorum reges et bella describere Virgilius, sed territus insuavitate carminis desistit. IUNILIUS dicit. ***Deductum,*** in oblivionem ductum renovare. — ***Pascere oportet oves,*** id est bucolicon scribere. ***Deductum,*** subtile, tenue, iucundum. ***Dicere,*** subtiliter canere carmina bucolica.

Vs. 6. ***Erunt,*** habundabunt. — ***Laudes,*** bucolica.

Vs. 7. ***Vare.*** Varus consul fuit, qui praepositus est ab Augusto divisioni agrorum et idcirco ei a Virgilio adolatur, [6]) quique Romanis Germaniam domuit. ***Tuas condere,*** historias scribere Vari. — ***Vare,*** quia Varus consul Germanos Romanis domuit. Victo enim Antonio Caesar Varum in loco Pollionis substituit, qui praeesset transpadanae regioni, cui idcirco Virgilius adolatur. ***Et tristia bella,*** Ausonium bellum.

Vs. 8. ***Agrestem Musam,*** carmen bucolicum. — ***Agrestem,*** scriptura bucolicorum. — ***Harundine,*** scriptura, quae est per calamum.

Vs. 9. ***Non iniussa cano,*** vel a Musis, vel a Varo, id est: non cano, quae prohibitus sum, aut certe cano quae iussa, [7]) ut enim adgrederetur georgica scribere, petit Augustus. — ***Non iniussa,*** i. e. bucolica. ***Haec quoque si quis,*** id est: etiam in his invenies laudem, o Vare.

---

1) Cod.: haec e dearum. 2) Secundum Servii adnotationem legendum: Scyllam. 3) Cod.: de se unctis. 4) Cod.: bucolicam. 5) Cod.: cum quia. *) In cod.: ceptus. 6) Sic fere semper in codice scribitur. 7) Cod.: iussum.

Vs. 10. *Captus amore,* adolatur in omnibus Varum. — *Vare,* allegorice Caesar. *Myricae,* virgultum humile, cui eclogas suas et carmina sua comparat.

Vs. 11. *Te nemus,* nemus vobis cantantibus resonabit, vel pro his, qui in nemore sunt. *Nec Phoebo gratior ulla est,* i. e. Apollini, vel allegorice Augusto non est gratior pagina, quam quae de Varo loquitur. Fuit autem Varus condiscipulus Virgilii, quem fraterno amore dilexit. — *Canet,* respondet. *Nec Phoebo gratior,* id est Apollini vel Augusto, ut audiat vel suas vel consulis sui laudes.

Vs. 12. Hucusque praefatio.

Vs. 13. *Pergite,* dicite, perseverate; hortatur Musas, vel invocat Musas et sic incipit canere. *Pierides,* Musae, ut quidem navi [8]) volunt, dictae, quae pie [9]) heredes, et Pierides corrupte dictae. *Chromis et Mnasylus,* Silenorum et Satyrorum nomina. Hos pro condiscipulis Virgilii accipere debemus, Varo scilicet et Tucca, qui poëtam, quasi Silenum petierunt scribere bucolica. *Silenum.* Poëta se facit Silenum, Chromin et Mnasylum [10]) Varum et Pollionem, vel Cornelium et Tuccam, qui quasi vinctum carmen sibi bucolicum pangere postulabant. — *Chromis et Mnasylus in antro,* pastorum nomina, qui Fauni et Satyri dicuntur propter solitariam et agrestem vitam, qui Silenum adorti sunt, ut carmen audirent. [11]) Allegorice condiscipuli Virgilii intelleguntur Varus et Tucca, qui Virgilium petierunt, quasi Silenum, carmen bucolicon scribere. *In antro,* dormientem in angustia gravatum.

Vs. 14. *Silenum,* id est vetus quidam, qui rogatus a Virgilio exposuit ei cosmopoeiam, et dicunt [12]) quidam, Panos filius vel terrae vel Thaumantis, comitis Liberi patris, vel ipse comes Liberi patris.

Vs. 15. *Inflatum venas,* figurate dixit pro inflatas venas habentem, ut nuda genu. *Ut semper,* tota die bibebat. — *Iaccho,* vino ebrium, vino, id est tempestate antiqua, vel Iacchus Liber pater dicitur.

Vs. 16. *Serta capiti delapsa iacebant.* Serta, id est corona ei ceciderat de capite suo, pro ebrietate autem. *Sertum* corona de floribus. *Procul,* prope. *Et gravis attrita,* eleganter ebriosum ostendit; attrita frequenti usu. *Cantharus,* vas non grande, quo merum datur. — *Serta procul* et reliqua. Allegorice vult poëta intellegi honorem suum exilio minoratum esse.

Vs. 17. *Attrita,* ex usu tenendi splendens. Craterem dicit vas, in quo datur merum. *Cantharus,* vasis species, id est pictum vas cum pigmentis. *Cantharus,* allegorice quidam volunt Hieram [intellegi], Maecenatis [13]) ancillam, quae dicitur ingeniosa fuisse, quidam Vari amicam.

Vs. 68. *Senex,* pro senes. *Ambo* pro ambos, hos ambo. Sic et Homerus. IUNILIUS dicit.

Vs. 19. *Luserat,* dum carmina repromittit. *Iniciunt,* nectere incipiunt. — *Ipsis ex vincula sertis.* Sensus est: ex ipsis sertis vincula iniciunt. Ligationes de lino tenero factae serta dicuntur.

Vs. 20. *Timidis,* pro timentibus. Natura enim timidi sumus, timentes metu interveniente. [14]) — *Aegle,* una Nympharum vel amica. *Naiadum,* dearum vel Nympharum, quae in fontibus sunt. — *Aegle,* allegorice Roma, quae illum blanda manu mulcebat.

Vs. 21. *Iamque videnti* Sileno; videnti pro vigilanti, videre incipienti.

Vs. 22. *Sanguineis moris,* sanguineum colorem habentibus.

Vs. 23. *Ille,* Silenus, quem se vult intellegi Virgilius. *Dolum,* faciebant enim timidum [15]) gressum solliciti, ne ante videantur. *Quo,* quare. *Nectitis,* obligatis.

Vs. 24. *Satis est,* sufficit ad poenam. *Satis est potuisse videri,* id est alligatum me vel levem a praesentibus videri.

---

8) Cod.: navi. 9) Cod.: qu uipie. 10) Cod.: mnasillus. 11) Codex: exierent. 12) Codex: cosmopeiam ut dicant. 13) Cod.: volunt ieram mecenatis. 14) Cod.: intervenientes. 15) Cod.: tumidum.

Vs. 25. *Carmina vobis,* deest dabo. — *Carmina, quae vultis, cognoscite,* propter quae alligastis carmina, discite.

Vs. 26. *Carmina vobis, huic aliud mercedis erit,* vos quidem carmina, mulier vero capiet pro suo sexu munera. Venerariam voluntatem significat; vel allegorice huic Aeglae, id est Romae vel Mantuae. — *Huic,* id est mulieri. *Huic aliud mercedis erit.* Si de Nympha vel amica dicit, stuprum intellege, si de Roma georgicon carmen, vel erit dicendo per syllepsin etiam superiora conclusit. *Simul incipit ipse;* ipse, Silenus. Eleganter perseverat, ut describat amantem senem. — *Aliud,* i. e. georgica.

Vs. 27. *Tum vero,* persona cantoris dicit. *Tum vero.* Nunc venit ad modulationem. *Tum vero* ad certam modulationem. *Faunos,* deos pastorales, vel homines silvestres, allegorice discipulos. — *In numerum,* adverbium est, vel pro in numeros, vel in versuum mensuram, sive ad certam modulationem.

Vs. 28. *Tum rigidas,* inflexibiles. *Motare,* movere. *Motare cacumina quercus,* i. e. motatae sunt silvae. — *Tum rigidas* et reliqua. Allegorice vult, omnia dura mollescere;[16]) vel Caesarem et consulem intellege.

Vs. 29. *Nec tantum* et reliqua, quantum haec loca mirantur Sileni cantum. — *Parnasia,* Parnasus, mons Boeotiae vel Thessaliae Apollini et Libero consecratus.

Vs. 30. *Rhodope,* mons Thraciae, vel mons in Macedonia Apollini consecratus, habens duo promontoria, Cyrram Apollini, Misam Libero patri [consecrata]. — *Rhodope* et *Ismarus,* montes Thraciae, vel Ismarus mons Macedoniae. *Orphea,* accusativus Graecus est.

Vs. 31. *Namque canebat.* Secundum Epicureorum sectam ex solidis et atomis constare caelum et periturum putat. *Inane,* quod putant mundi materiam. *Coacta,* collecta, coniuncta. — *Namque canebat.* Inducit poëta Silenum ea, quae ab aliis investigata fuerant, tractantem, seque Silenum videri vult. — *Per inane,* vel chaos magnum dicit, quod philosophi dicunt esse materiam omnium rerum, in quo omnia confusionem[17]) habebant et sine forma erant, hoc est aërem, aquam, ignem, terram, quattuor elementa naturae,[18]) id est omnium rerum materiam, quia ipsam in seminibus esse adfirmat ex atomis; Epicureus enim fuit.

Vs. 32. *Semina,* alimenta, vel atomi. *Animae,* aëris. Artificiose sapientium dogmata per personam pueri retractat.[19]) *Maris,* aquae. — *Terrarum animaeque marisque fuissent et liquidi simul ignis.* Quattuor elementa dicit ex atomis collecta et coniuncta, sed alii Oceanum volunt patrem esse rerum omnium.

Vs. 33. *Liquidi,* i. e. puri. *Liquidi ignis,* speciem caeli, quae in sideribus est. — *Ut his exordia primis;* hic anastrophe exordia principia, vel ut his exordia primis, primis principiis, non ex his omnia principiis, ex quibus omnia sunt.

Vs. 34. *Tener,* recens natus. *Mundi concreverit orbis.* Saeculum sine materia. Alii dicunt omnia imprimis ex aqua et igni creari, alii ex Oceano, patre[20]) omnium. — *Concreverit orbis,* conglobatus sit aër, submotis nubibus et in altum collocatis.

Vs. 35. *Durare,* pro durescere solum, sed melius nominativo legi[tur], vel durare, durum fieri. *Solum* terrae. — *Discludere,* terram a mari separare. *Nerea,* animalia, vel deus maris, ut putant, vel Nerea dea, filia Neptuni.

Vs. 36. *Coeperit,* proprium statum accipere. Haec omnia de initio rerum sub Sileno indicat. — *Sumere formas,* species varias.

Vs. 37. *Iamque novum,*[21]) ante non visum, id est anaphora. *Terrae stupeant,* hoc est homines, qui in terris sunt. — *Sol,* stellae luna, fulgura.

Vs. 38. *Altius* et reliqua. Caelum enim, quasi aqua congelata, est aut primitus visum, aut ante non visum. — *Summotis,* sursum motis.

Vs. 39. *Surgere,* crescere, ut ibi: surgentem in cornua cervum. IUNILIUS dicit.

Vs. 40. *Rara,* primum facta.

---

16) Cod.: molliscere. 17) Cod.: confusione. 18) Cod.: natura meae id est. 19) Cod.: retractant. 20) Cod.: matre. 21) Cod. novo.

Vs. 41. *Hinc,* subauditur canebat, cui verbo omnia posteriora iunguntur. *Lapides Pyrrhae iactos.* Deucalione [22]) Thessalo fugiente diluvium in montem Parnassum cum Pyrrha, dea terrae vel filia terrae, factum est, ut lapides iactarent in terram; lapides, quos Deucalion iactavit, in masculos versi sunt, lapides vero, quos Pyrrha, in feminas; hinc genus humanum, vel hinc lapides Pyrrhae iactos. GAUDENTIUS dicit. Themis, dea iustissima, petentibus propter raritatem hominum responsum dedit, ut ossa matris suae terrae post tergum posita tollerent. Illi cum pervidissent, terram omnium [matrem esse], lapides [sus]tulerunt [23]) et in aquam iactaverunt, et hinc homines nati sunt. — *Lapides Pyrrhae iactos.* Iuppiter, ut putant, ut hominum scelera vindicaret, diluvium in terris effudisse mentitur; et omnibus deletis, Deucalion, Hellenis filius, et uxor eius Pyrrha, Promethei [24]) filia, in monte Parnasso evaserunt, ignem ibi [25]) fecerunt et nocte face utebantur; sed reputans Deucalion eo facto [26]) Iovem posse offendi, ut prius commento igneo Prometheus ostenderat, ignem extinxit. Ob hoc miseratus Iuppiter per Mercurium monuit, post se lapides iacerent, nec respicerent, qui in homines dicuntur mutati. Idem dicitur et Themis fecisse. — *Saturnia regna,* sine ordine posuit, ante enim Saturnia regna et sic Pyrrhae furtumque [27]) Promethei. *Saturnia regna,* quae perhibentur aurea fuisse.

Vs. 42. *Caucasias.* Caucasus mons Scythiae. *Refert* Silenus. *Volucres,* pro aquila. *Furtum* ignis. *Promethei.* Prometheus, Iapeti filius, dicitur per solertiam ignem a fulmine ferula furatus esse et hominibus dedisse, eum Iuppiter in Caucaso, monte Scythiae, catenis alligasse et aquilam sive vulturem ei adposuisse, ut iecur eius exederet, quod semper dicitur renasci semperque lacerari. — Caucasus mons Armeniae vel mons Scythiae, ubi Prometheus ligatus ab aquila consumitur, propter quod ignem de caelo furtim abstulit, et ideo a Iove condemnatus in monte Caucasio consumptione iecoris [28]) interiit, quod semper renovatum et semper laceratum poenam aeternam facit. Prometheus et Epimetheus Iapeti filii fuisse dicuntur.

Vs. 43. *His adiungit Hylam.* Hercules cum Argonautis navigans reficiendi remi causa in silvam processit, quem comitatus est Hylas, Theodaphnidis filius; sed dum Hercules optatam arborem quaerit, puer aquandi gratia ad fontem venit Celei fluminis, qui a Nymphis adamatus et raptus est, vel sicut alii volunt in eodem fonte praeceps lapsus et necatus est, quem cum diutius clamitans quaerit, ab Argonautis relictus Prometheum solvisse dicitur. — *Adiungit,* canit. *Hylan,* filius Thimodemantis Hylas comes Herculis et cum Argonantis navigans, navi excidens interiit. Quidam eum dicunt ad puteum isse vel Celei [29]) venisse, atque ibi praecipitatum interiisse, quem fingunt a Nymphis adamatum atque raptum. — *Relictum,* perditum vel ablatum iuxta Actum, civitatem Moesiae. [30])

Vs. 44. *Ut litus, Hyla, Hyla omne sonaret,* quaerenti Herculi, vel a Nymphis adamatus quaeritur.

Vs. 45. *Armenta,* forsan viri.

Vs. 46. *Pasiphaën.* Minos, rex Cretae, Pasiphaë, uxor eius, adamavit bovem. — *Pasiphaën.* Pasiphaë, uxor Minois, taurum illum, quem Neptunus Minoi dederat, adamavit, cum quo artificio Daedali concubuit. Haec Minotaurum, hominem mixtum bovi, genuit. — *Nivei,* candidi. *Solatur.* Silenus solatur, id est canit solatium, quo flagravit Pasiphaë. *Amore,* pro amore iuvenci, vel tauri, vel Iovis.

Vs. 47. *Ah,* id est o, interiectio dolentis vel mirantis. *Virgo.* Antiqui fortes mulieres virgines dicebant; sic etiam Virgilius virginem pro muliere posuit more suo. *Virgo,* viridi specie, vel fortes mulieres virgines dicebant, eo quod viris similes essent.

Vs. 48. *Proetides implerunt.* Proetides, Proeti, regis Argivorum, filiae de Sthenoboia, uxore eius, Chrysippe vel Hypsippe, Iphinoë vel Epinoë, Iphianassa [31]) Iunoni formam

---

22) Cod.: deocalione thesalo. 23) Cod.: lapides tullerunt. 24) Cod.: pymethel. 25) Cod.: qui. 26) Codex: deocaleonio facta. 27) Codex: futurumque. 28) Codex: hiecor is. 29) Codex: caiaei. 30) Cod.: madosiae. 31) Cod.: destinobia uxore eius crissippae vel hissipae ifinoe vel epinoe ifianassa.

suam praetulerunt et insania compulsae crediderunt, se esse boves et petierunt altos montes et postea sanatae sunt [32]) a Melampode, Leustonis filio. IUNILIUS et GAUDENTIUS dicit.

Vs. 51. *In levi*, in molli. — *Quaesissent cornua fronte,* quia per dementiam cornua sibi inesse credebant.

Vs. 52. *Ah virgo,* o uxor fortis tu, id est Pasiphaë.

Vs. 53. *Ille,* Iuppiter, vel taurus. — *Niveum,* candidum. *Fultus,* substratus. *Hyacintho,* genus herbae. *Fultus hyacintho,* fultum latus hyacintho habens.

Vs. 54. *Ruminat,* taurus.

Vs. 55. *Aut aliquam,* id est vaccam. *Aut aliquam,* sui oblitus generis sequitur vaccam. — *Claudite Nymphae,* apostrophe. *Claudite,* id est hanc impudentiam defendite. — *Iam claudite saltus,* ut inveniatur taurus, vel claudite, ne videatur vestigium mulieris taurum sequentis. Iuppiter autem per artem magicam egit, ut concumberet cum matre Minotauri.

Vs. 56. *Dictaeae,* Cretensis, vel Dictaeae a Dicta monte, quoniam de monte nemoroso.

Vs. 57. *Sese,* per se.

Vs. 58. *Errabunda.* Homerus stabula errabunda aut errantis aut vagantis dixit, aut proprie, quoniam non directum pedem tollunt, id est helix*) pedibus. — *Bovis vestigia,* tauri.

Vs. 59. *Captum,* delectatum, ut ipse capitur locis.

Vs. 60. *Gortynia,* Gortyna, Cretensis civitas, ubi putabatur Solis fuisse [33]) armenta. — Gortyna, civitas Cretae, ubi armenta solis fiebant.

Vs. 61. *Tum canit Hesperidum.* Hesperides, Atlantis filiae, qui Hesperus alio nomine dicitur, quae hortum patris trans Oceanum, in quo mala aurea erant, custodiebant, unde Hippomenes, Megarei [34]) filius, tria a Venere accepit, quibus pellexit eas. *Hesperidum.* Atalanten, Cinei filiam, significat, quae dum cursu viros provocaret, ab Hippomene superata est; dum mala aurea, ab Hippomene iactata, admirata colligit, praeventa est. — *Tum canit Hesperidum,* id est Atalante cum omnes viros cursu praeiret et mala aurea luderet et ita concubitus virorum fugiebat, sed postea adamata est ab Hippomene, Megarei filio, Neptuni nepote, superata ab illo, qui tria mala a Venere accipit. *Miratam mala puellam.* Hic participium passivum agit, quia more Graecorum apud [35]) veteres agunt, ut Flaccus adiuvat. Item: Atalante Schoenei [36]) filia cursus certamine termisurum vicit.

Vs. 62. *Tum Phaëtontiadas,* id est sorores Phaëthontis; casum fratris plangentes conversae sunt in arbores, hoc est in populos. — *Tum Phaëthontiadas* et cetera. Phaëthon, cum incertae originis argueretur, petit a patre Sole, ut uno die equos eius regeret ad [37]) testimonium generis sui, quod cum vix impetrasset, per ignorantiam lapsus in Eridanum flumen cecidit, cuius obitum dum sorores flerent, in populos arbores dicuntur esse mutatae, quae a fratre Phaëtonte Phaëthontiades appellatae sunt. Harum mater Clymene Nympha fuisse dicitur. — *Musco,* herba, quae circa caudices [38]) arborum nascitur bene olens, vel muscus nomen herbae nascentis in cortice vel in pariete, ut FLAVIANUS ait. — *Circumdat.* Circumdatas musco canit. Muscus est lanugo, quae in corticibus arborum nascitur. — *Amarae,* pro amari. *Circumdat,* circumdatas et contextas musco canit.

Vs. 63. *Proceras,* altas, sursum rectas. *Erigit,* erectas canit. *Alnos,* populos.

Vs. 64. *Tum canit errantem Gallum.* Gallus, filius Solis, qui cum se non crederet filium Solis, petit a patre suo, ut currus regeret. Hic postea praeceps missus est in Padum fluvium, vel in Eridanum, ut alii, ac Cygnus nominatus est, quem flentes sorores in populos mutatae sunt. *Errantem.* Dicunt illum errasse in monte et a Nymphis inventum mira illic vidisse et accepisse cantandi potestatem. Allegorice Cornelium Gallum poëtam, cuius eclogarum libri leguntur. — *Permessi.* Permessus fluvius Boeotiae vel Aetoliae, ubi aliquamdiu moratus est Cornelius Gallus; vel Permessus promontorium.

---

32) Cod.: sanata erā. *) Cod.: felix. 33) Cod.: fuissent. 34) Cod.: magaris. Infra in cod. legitur: megaris. 35) Cod.: aput. 36) Cod.: adlentes coenci. 37) Cod.: et ad. 38) In codice: caudas.

Vs. 65. *Aonas.* Alii leguntur codices habentes, corusas, id est novem Musas, alii Boeotiae montes Helicona et Cithaerona, Musis consecratos, vel Aonas Nymphas in monte Boeotiae viventes. *Una sororum,* i. e. una Nympharum. Hic indicat, quod una Nympharum Hesiodum in Aonas montes adduxerit. — *Aonas montes,* Boeotiae Helicona et Cithaerona, ubi Musae morantur. — *Ut duxerit.* Hesiodus, poëta Ascraeus, dictus est et calamis peritissimus; cum iam per aetatem senesceret, in Helicona, montem Aoniae, subiit, ibique a Musis coronam cum floribus et frondibus dicit accepisse, qua indutus capiti iuvenis factus est. Alii dicunt Lino, Apollinis filio, hoc concessum esse, alii hoc de Gallo accipiunt.

Vs. 66. *Utque viro;* id est Gallo vel Hesiodo, hoc est Hesiodus, quem [39]) Silenus secutus est. *Phoebi,* Apollinis. — *Chorus omnis,* omnes Phoebi discipuli. — *Adsurrexerit,* honorem fecerit.

Vs. 67. *Ut Linus,* citharista, Apollinis et Psamathae filius. Alii dicunt, huic Lino hoc factum contigisse.

Vs. 68. *Apio,* olus, vel genus herbae. — *Amore apii,* qui iuxta aquam non sunt, amariores esse solent.

Vs. 69. *Dixerit,* Silenus Aeglae, vel Virgilius Varo.

Vs. 70. *Ascraeo,* Hesiodo. Ascra civitas Graeciae. *Quos ante seni,* subaudiendum dederant. — *Ante seni:* Notandum, bis enim mortuus finem vivendi praecepit, vel quod ei vita redonata. *Quibus ille solebat,* Silenus dicit, vel Hesiodus, vel ille idem est Phoebus.

Vs. 71. *Rigidas,* aut duras aut nimium rectas. — *Deducere montibus ornos,* id est, quibus rusticos solebat mulcere.

Vs. 72. *His,* id est calamis. *Grynei,* mons Colophoniae sacer Apollini, in quo ei modulabatur. — *His tibi Grynei nemoris dicatur origo,* id est: his calamis a te canatur origo Crynei nemoris. Cryneum nemus in monte est [40]) Colophoniae, Apollini sacrum. — *Dicatur,* consecretur, ut Apollini illic cantes.

Vs. 73. *Iactet,* glorietur.

Vs. 74. *Quid loquar,* nisi quod deus Silenus locutus est. *Aut Scylla Nisi* et reliqua. Sciendum est in hoc loco, utrum Virgilius de una, [an] de duabus Scyllis loquatur; sed si de una, quae est Nisi, eum falli putamus, inde melius intellegendum est, eum de duabus loqui; et per aut coniunctionem disiunctivam fabulas earum caute secernit, et in sexto libro Aeneidos Virgilius dicit duas Scyllas esse, dicens: Scyllaeque biformes. Una Nisi, altera Phorci, quarum fabulae hae sunt: Nisus, Megarensium Siculorum rex, a Minoë, Cretensium rege, propter Androgei filii sui obitum, quem Athenienses et Megarenses dolo circumventum occidissent, graviter oppugnabatur. Sed Scylla, filia Nisi, adamavit Minoëm, patris scilicet hostem, et patri dormienti crinem fatalem purpureum abscidit, ut Minoi, hostium regi, cuius amore flagrabat, daret, eoque abscisso pater periit. Itaque Scylla a Minoë non recepta, hoc genus victoriae execratus eam in mare deiecit et in avem, quae ciris dicitur, Latine vero tonsilla, conversa est; item pater eius Nisus in alitem [41]) conversus est, qui parricidii exsequens poenas cirim hostili mente persequitur. Item Scylla, Phorci et Crethidis Nymphae filia, virgo pulcherrima, a Glauco, deo maris adamata est, de qua Virgilius dicit in primo libro Aeneidos: Vos Scyllaeam rabiemque penitusque sonantes accestis scopulos, et a Circe, Solis filia, quae Glaucum adamaverat, in belluas marinas transfiguratur, fretumque Siculum obsedit, ubi praetereuntes naufragio adficiebat, eamque Neptunus percussam tridenti in scopulum mutavit. — Scylla, Phorci filia, a Glauco, deo maris, adamata est. Glaucus vero non valuit temerare [42]) eam, ad Circen, Solis filiam, perrexit, maleficiorum doctissimam, rogavitque, ut Scyllam maleficiis corriperet. Circe vero rogantem Glaucum adamavit, sed ne Scylla plus forte a Glauco amaretur, quam Circe, fontem, in quo Scylla venatum ablui consueverat, quia Dianae comes erat, venenis inficit, in quo discedens Scylla pube tenus in belluas mutata

39) Cod.: quam. 40) Cod.: crus neū nemus in montem ē. 41) Cod.: alietum. 42) In cod.: tenerere.

est; sed quia monstra, i. e. pilos suos in canes versos, tegere non potuit, in mare profugit et virgineam extollit faciem navigantibus; ideo nautae torquebant ad eam naves virginem eam credentes, quos illa comprehensos belluis suis porrigebat, ut rabiem luporum posset compescere. Tunc Neptunus iratus tridenti percussam in scopulum mutavit, quasi praetereuntes naufragio affligit. *Quam fama* [43] *secuta est,* furandi crinem Nisi, quem dedit Minoi. Illa crinem furata est, ego carmen. *Fama,* id est infamia, ut: est in conspectu Tenedos notissima fama, id est infamia, quia Tennes cum noverca sua concubuit. *Fama* seu . . . siquidem alterius amore flagravit. IUNILIUS dicit.

Vs. 75. *Candida,* clara. *Succinctam,* Scyllam, Phorci filiam. *Inguina,* nomen loci, in quo [canes] Scyllae latrabant. *Monstris,* canibus.

Vs. 76. *Dulichias,* Ithacenses, a patria Ulixis, mons Ithacae. [44] *Rates,* pro navibus. *Gurgite,* mari, per tapinosim.

Vs. 77. *Ah,* execratio. [Scyllam alii Crathedis, [45] alii Ganivae filiam dicunt, quae cum a Glauco adamata esset, a Circe, Glauci coniuge, pellicatus odio fons, [46] in quo lavari solebat, medicamentis infectus, [47] in quem cum illa descendisset ea tenus, qua fons contigerat, in belluas esse mutatam. Est enim Scylla Phorci filia, quam Ulixis videtur incedere.

Vs. 78. *Terei.* Tereus, rex Thracum, Prognen uxorem habens, filiam Pandionis, regis Atheniensium, Philomelam, sororem eius, adamavit atque dum eam ad sororem ducit, in itinere stupravit et, ne factum sorori loqueretur, linguam amputavit, quae de sanguine suo scelus, quod pertulerat, in arundine scribens misit ad sororem, quam illa secrete ad domum suam adduxit filiumque suum iugulavit, patri Tereo edendum adposuit, cuius caput novissime Philomela ante ora patris ingessit, quibus omnibus sceleribus patefactis in aves dicuntur esse mutati, Tereus in upupam, Progne in hirundinem, Philomela in lusciniam. — *Narraverit,* id est Prognae. — *Artus,* Iti, filii Nerei vel Terei, Prognae, Pandionis filia, uxor Nerei, Thracum regis, cuius filius Itus.

Vs. 79. *Quas ille Philomela dapes.* Quod fecit Progne, hoc dicit Philomelam fecisse licentia poëtica, ut GAUDENTIUS ait. Progne et Philomela duae sorores sunt, Progne in avem lusciniam, Philomela in hirundinem [48] versa est. — Progne interfectrix est, Philomela causa est, ut puto, Progne, uxor Nerei, Philomela Terei, aliter versa vice. *Pararit,* praepararit.

Vs. 80. *Cursu,* pro volatu hic, metaphora.

Vs. 81. *Infelix,* quae loqui minime potuit.

Vs. 82. *Omnia quae Phoebo,* id est quae ab Apolline solitus erat Eurotas audire, qui est fluvius Laconiae, in cuius ripa lauri sunt, quas arbores et edidisse [49] carmen poëta refert. — *Beatus,* Silenus vel Varus. Eurotas, fluvius Laconiae, in cuius ripa lauri sunt et templum Apollinis, cuius arbores edidisse carmen poëta refert.

Vs. 84. *Ille,* id est Silenus. *Pulsae.* Pulsare, id est echo audiebatur, vel pro audientibus. *Referunt,* commonent referre. — *Pulsae,* id est carminibus eius pulsatae. — *Pulsae,* pulsatae, id est echo audiebatur, vel pro audientibus. *Referunt,* commonent referre. — *Referunt ad sidera,* id est dum referunt. Referre, reducere, recognoscere, recensere; vult enim per hoc significare pastorale carmen finitum esse.

Vs. 85. *Cogere,* concludere.

Vs. 86. *Invito,* quasi nolente. Nolentem dicit propter carminum desiderium et suavitatem. — *Vesper,* stella occidentis. *Olympo,* caelo.

---

43) In cod.: femina. 44) In cod.: Ithaci. 45) Cod.: erathedis. 46) Cod.: fontem. 47) Cod.: nfectis. 48) Cod.: irundinem. 49) Cod.: edisse.

Ad eclog. VII.

Haec ecloga in honorem Caesaris scripta est. In hac ecloga personae introducuntur. In hac ecloga pastoraliter trium [1]) pastorum personae, duorum scilicet certantium et tertius more iudicis loquitur et quarta persona subripit, id est pastorum vel principis. Corydon autem et Thyrsis coram Meliboeo, id est iudice, in praesentia Daphnidis, id est dii pastoralis, certant, et allegorice certamen poëtarum intellegitur. Corydon enim Virgilium, Thyrsis Cornificium, inimicum Virgilii, Meliboeus Cornelium Gallum, poëtam optimum, iudicantem inter eos significat, Daphnis vero allegorice Caesarem. — Meliboeus, Corydon, Thyrsis et Daphnis. Quattuor personae in hac ecloga introducuntur, Meliboei Virgilii vel Vari, Daphnidis Cornelii Galli vel Caesaris, Corydonis et Thyrsidis, Virgilii et Macri, quorum par aetas fuit. — Haec ecloga proprie bucolicon. Haec ecloga mimeticon [2]) appellatur. Hac ecloga a Meliboeo iudice conflictus totus [3]) narratur, cuius personam Virgilius scribens induit. Haec ecloga pari numero epigrammatum gaudet et tetrasticha, id est quattuor versus, continet. Haec ecloga quasi in Gallia canitur, ut hic virides tenera praetexit arundine ripas Mincius, et in agro canitur, ut forte sub arguta consederat ilice Daphnis. — Meliboeus Cornelius Gallus, Corydon Virgilius, Thyrsis Cornificius.

Vs. 1. *Forte*, eventu. *Arguta*, personanti vento arguta, stridula, mobili, canora. *Ilice*, nomen arboris ilex, allegorice rempublicam significat. — *Daphnis*, Mercurii filius, vel deus pastoralis, vel princeps. Allegorice Caesar, vel Cornelius Gallus.

Vs. 2. *Compulerant*, coadunaverant. — Corydon et Thyrsis, Virgilius et Cornificius. — *In unum*, quia ambo Antoniani [4]) erant, priusquam suis privatus vix transvadato flumine ad Caesarem confugerat. [5])

Vs. 3. *Distentas*, plenas.

Vs. 4. *Ambo florentes*, nobiles poëtae Corydon et Thyrsis. — *Arcades ambo*, laudative dixit. Cur Arcades dicit, cum Mantuani sint? Propter eloquentiam, quia agrestis carminis fistula sit instrumentum, cuius primus Pan inventor fuit.

Vs. 5. *Cantare*, voce. — *Parati*, docti peritia alterna dicere.

Vs. 6. *Huc*, pro hic. *Dum teneras defendo a frigore myrtus*, dum illic in Cremona essem subita tempestate evulsus. *A frigore*, a futuro frigore, dum subiungitur: requiesce sub umbra. — *Myrtus*, rudes plantas.

Vs. 7. *Vir gregis*, hircus, id est spes gregis. Vir gregis abusive dicitur spes gregis *Deerraverat*, id est a me erraverat. — *Caper*, hircus; hic vir et caper ipse allegorice ager. *Atque ego Daphnim aspicio*, Caesarem petivi, ut hic illum vidi iuvenem.

Vs. 8. *Ille ubi me contra vidit*. Allegorice significat se Virgilius, dum sub Antonio sua etiam minima protegere nititur, et maiora perdidisse, sed postquam venit ad Caesarem omnia recepisse. — *Otius*, citius, velocius.

Vs. 9. *Huc ades*, id est ut responsum primus dedit ille petenti. *O Meliboee*, laborator et pastor, allegorice Virgilius. *Caper et haedi*, quoniam ex eo generantur. — *Huc ades*, huc veni. *O Meliboee*, vox est Caesaris ad Virgilium. *Caper tibi salvus et haedi*, id est et maiora et minora tibi salva sunt.

Vs. 10. *Et si quid cessare potes*. Hic ostenditur Meliboeus laborator et pastor fuisse. *Requiesce*, ut pascite ut ante boves, pueri. — *Si quid cessare potes*. Allegorice ab itinere vel labore requiescere. *Requiesce sub umbra*. Vox Caesaris ad Virgilium: requiesce sub protectione mea.

Vs. 11. *Iuvenci*. Quomodo iuvenci dixit, cum supra dixerit: Caper tibi salvus et haedi? Sed sic solvitur: Huc ipsi per prata Iuvenci venient haedi. Iuvencus enim fluvius

1) Codex: titum. 2) Codex: memeticos. 3) Codex: toto. 4) Codex: antonium. 5) Codex: confugeret.

dicitur haud longe a Mincio. Allegorice: Huc ipsi iuvenci potum venient, quasi dicat Augustus: etiam magni quique ad meum festinabunt amorem.

Vs. 12. *Huc virides tenera praetexit harundine ripas.* Secundum litteram[6]) ostendit, se magis in Mantuanorum agris. — *Harundine,* calamo. Allegorice potest per Mincium flumen Augustalis potestas intellegi.

Vs. 13. *Mincius* amnis est Galliae, quae modo Liguria dicitur, qui fluvius transit per Mantuam, patriam Virgilii. — *Eque sacra resonant examina quercu,* vel in illis[7]) delicias narrat, vel allegorice intra potentiam Octaviani vel urbis continentiam, popularem frequentiam. — *Resonant,* sursum remittunt. *Examina,* apes.

Vs. 14. *Quid facerem,* nisi acciperem. *Alcippen et Phyllida,* nomina ancillarum, vel deae cantici. Allegorice Mantuam et Cremonam, vel Musas, quae erant illic. *Phyllida,* accusativus casus. — *Neque ego Alcippen nec Phyllida habebam.* Alcippen, nomen pueri, velut alii volunt duae puellae. Alcippe et Phyllida intelleguntur amici Meliboei; allegorice neque Mantuam, neque Cremonam se dicit ad solatium habuisse.

Vs. 135. *Nimio,* pingui, *luxu,* id est a luxuria[32]) segetum. — *Nimio ne luxu,* et rel. turpem rem vitavit a translationibus[33]), quas omnes ab agri cultura traxit.

Vs. 136. *Genitali,* muliebri; *oblimet,* claudat meatus, et hoc translative, nam legimus *et obducto latet enim et omnia limo*[34]) — *Arvo.* folliculo, quem vulvam vocant.

Vs. 139. *Exactis,* vicinis partui, tunc diligentius tractanda sunt, ne abigant[35])

Vs. 141. *Non saltu superare viam,* quia solet fieri cum pascunt pedibus impeditis. — *Et acri carpere prata fuga,* hoc in Pania[36]) fit; *fluviosque in mare rapaces,* ne abortivum faciat.

Vs. 143. *Saltibus in vacuis,* in spinis spatiosis magis; *et plena,* ne inclinentur ad potum. — *Secundum,* id est iuxta.

Vs. 145. *Speluncaeque tegant* et rel., ut si fuerit[37]) aestas, habeant receptaculum. — *Procubet,* inminet.

Vs. 146. *Est lucus Silari circa;* ordo est talis, est circa lucos Silari fluminis Lucaniae. Silarus[38]) fluvius in Lucania, id est regio vel lacus in Italia. — *Silarus,* amnis in Lucania, *ilicibus* propria flumina[39]) vel arbores.

Vs. 147. *Alburnus* mons Lucaniae; *volitans,* nomen non participium, acsi diceret multa musca volitans. — Alburnus mons qui a Silaro distat III passuum. Circa haec loca vulgo aestivo tempore pecora demorantur. *Asilo,* muscam variam Nigidius dicit inesse, et eum tabanum bobus maxime nocentem.

Vs. 148. *Oestrum,* Graece, Latinum[40]) asilus, vulgo tabanus. *Cui nomen asilo,* ut cui Remulo cognomen erat. Circa haec loca pecora aestivis temporibus demorantur. — *Vertere,* vocatur.

Vs. 151. *Tanagri,* est locus in Graecia aut palus Boeotiae; torrens est ante civitatem Graeciae Tanagrum, quae sita est septimo miliario [a] Chalcidonensium civitate.[41]) — *Tanagri,* torrens fluvius Lucaniae.

Vs. 153. *Inachiae,* Io, Inachi filia, quae a Iove conpressa est. — *Meditata,* inferens, exercens excogitata.

Vs. 154. *Hunc quoque* et reliq. etiam hoc malum remove[42]) fervoribus meridiei.[43]) — *Hunc quoque* et reliq. ostendit, quemadmodum possit vitari.

Vs. 155. *Gravido,* ignavo.[44])

Vs. 156. *Sole recens orto,* statim. — *Aut noctem dicentibus astris,* aut circa noctem advertimus.

Vs. 158. *Notas,* characteras. — *Inurunt,* significant.

Vs. 159. *Submittere* admissarios, vel ad foetum. — *Habendo,* servando.

---

24) coequandi. 25) quib; dic̄ potacionibus. 26) Ex Servio addendum: agasones facere consueverunt. 27) admisarium. 28) Virg. Aen. IV, 329. 29) In textu sollicitat, in marg. ab eadem manu sollicitant. 30) illut. 31) non quo dequae. 32) luxoria. 33) translacionibus. 34) Leg: late tenet. 35) abigeant. 36) Voluitne: in Panico i. e. terrore. 37) fuerint. 38) Silarius. 39) fluminam. 40) graecelatinum. 41) miliario calcidonensium civitatem. 42) renovae. 43) moridiae. 44) ignova.

Vs. 160. *Aut aris*, de omnibus dicit generaliter. — *Sacros*, dedicatos ad sacrificium.

Vs. 161. *Et campum horrentem* et reliq. poetice[45]) dicit, sufficit scindere campum. — *Invertere*, abscindere.

Vs. 162. *Cetera*, excipit illa animalia, quae dicit domi servanda. — *Per agros*, per herbas.[46])

Vs. 163. *Tu quos*, de bobus domandis[47]) dicit.

Vs. 164. *Hortare*, blandire[48]); *viam*, artem. — *Insiste*, inpone, institue.

Vs. 165. *Dum mobilis aetas*, ideo in teneros. — *Mobilis* pro flexibilis.

Vs. 166. *Circlos*[49]) id est circulos, circus principale, unde circulus, sicut periclum et periculum et seclum seculumque.

Vs. 168. *Servitio*, servituti, torquibus circaeis. — *Adsuerint*, inoleverint.

Vs. 169. *Gradum conferre*, accedere, ambulare, incedere.

Vs. 170. *Inanes*, sine pondere.

Vs. 173. *Instrepat*, stridet; *aereus* pro aeratus, ut[50]): *aerea quem obliquum rota transit*. — *Aereus*, validus orbis; *orbes*, rotas.

Vs. 174. *Pubi indomitae*, iuvencis.

Vs. 175. *Vescas*, siccas vel teneras.[51])

Vs. 176. Etiam ferraginem salis satiro alieno ut reo viridi nimphis aptos, a tyro autem largo abundantia drimoque exanthoque. Hae sunt, ut multi volunt, de quibus ait Iuno: *sunt mihi bis septem*, sed magis poetice conficta nomina accipimus; pinetis intinctis pellibus, ut hebridas habentem dabis.

Vs. 179. *Studium*, deest sit.

Vs. 180. *Praelabi flumina*, quia supra dixit circa ripas fluminam agitabatur curule certamen. — *Pisae*, Pisa oppidum Graeciae, ubi Olympia celebrabantur, et Alpheus fluvius illius regionis est.[52])

Vs. 181. *Et Iovis in luco*, quia ibi quinquennalia Iovi celebrantur.

Vs. 182. *Primus equi labor est*, laborandum est, ut haec omnia equi non aspernentur.

Vs. 183. *Lituos*, tubas maiores; *gementem*, sonantem, stridulam.

Vs. 184. *Ferre*, pati.

Vs. 185. *Blandis*, laudibus, blandimentis.

Vs. 186. *Plausae*, manu percussae; *amare*, diligere.

Vs. 187. *Depulsus*, excerptus.

Vs. 188. *Inque vicem det*, non semper, sed modo det, modo non det. *Capistris*, ne adhuc tenera ora laedantur. — *Mollibus*, primo enim pulli capistro subiciantur, ut incitati, postremo flectentur et cervicem habeant molliorem, unde ipsa capistra ait mollia.

Vs. 189. *Invalidus*, adhuc infirmus. — *Et iam inscius aevi*, ignarus adhuc pullus, nondum habens ab annis fiduciam.

Vs. 190. *Tribus*, annis; *accesserit*, acceperit.[53])

Vs. 191. *Carpere*, ambulando facere.

Vs. 192. *Conpositis*, sinuosis.

Vs. 193. *Sitque laboranti similis*, quasi laborans, nam non laborat. — *Sitqae laboranti similis*, ad futurum laborem praebaratur.

Vs. 194. *Tum vocet*, provocet, commovet id est maiorem impetum. — *Per aperta* id est per campestria; *ceu liber habenis*, sine freno, extra frena[*]) constitutus.

---

45) poetae. 46) In textu per herbas, in margine ab eadem, ut videtur, manu adscriptum pro var. lat. per agros. 47) de duobus domandis. 48) ortare plandire. 49) circos. 50) Aen. V., 274. 51) amaras. 52) In textu Virgilii scriptum est: Alphea, in margine, ut varians lectio, adscriptum: Alpheta. 54) In Virgilii versu accesserit scriptum est, in margine addita varians lectio: acceperit. *) frenos.

Vs. 195. *Aequora*, campos, ut videatur ultra arenis ambulare.

Vs. 196. *Qualis Hyperboreis*, Hyperborei montes in Scythia, inter[54]) quos aquilo inflat.

Vs. 197. *Hiemes*, tempestatem. His locis significat, quomodo dixit magnam incubuisse tempestatem, et quomodo item lenibus flabris solvitur, sic quia quanta materies, tantum saevit, serenum facit. — *Atque arida differt*[55]), sine pluvia spargit, dissipat.

Vs. 199. *Horrescunt*, contremiscunt.[56]) — *Flabris*, flatibus.

Vs. 201. *Ille*, ventus. — *Verrens*, trahens.

Vs. 202. *Hic*, equus. *Ad Elei*, Elis circilis[57]) civitas Arcadiae, in qua agitur currule[58]) certamen. Species pro genere dicitur. — *Ad Elei metas*, agon apud Eleam[59]) civitatem. *Maxima spatia*, hic Olympiacum maximum est stadium[60]), quod Hercules metitus[61]) est, ideo maius ceteris, quod Hercules maiores passus quam ceteri homines habuerit.[62])

Vs. 203. *Et spumas aget*, quod signum equi fortis. — *Cruentas*, velut robustas egerit spumas.

Vs. 204. *Belgica*[63]) *esseda*, genus vehiculi Gallici, nam Belgi[64]) civitas Galliae, quam appellant essedam[65]) quamque Lucanus memorat. — *Molli*, tenero vel domito, ut *molli collo flectant.*[66])

Vs. 205. *Farragine*, esca farris.

Vs. 206. *Ante domandum*, antequam domentur.

Vs. 208. *Duris*, asperis. *Lupatis*, lupata a lupinis [dentibus] fortiora[67]) frena, id est cami, quibus equi facilius flectuntur. — *Parere*, discere ambulare.

Vs. 209. *Vires industria firmat*, solidum facit coitum.

Vs. 210. *Caeci*, latentis; *amoris*, cupidinis.

Vs. 211. *Cui gratior usus equorum*, si quis est, qui non amat boves sed equos.

Vs. 212. *Procul atque in sola relegant*, id est secreta a feminis removent.

Vs. 213. *Pascua*, ut manducent; *post montem*, ne videant et ne possint accedere. — *Oppositum*, absconditum; *et trans flumina lata*, ne natatus sit facilis.

Vs. 214. *Videndo*, dum videtur. — *Urit*, incendit.[68])

Vs. 218. *Cornibus inter se subigit*, utrumque proelium; *decernere*, certare.

Vs. 219. *Formosa iuvenca*, ut magis illa laudetur quam silva; laudaturus locum pascui etiam pecus laudat.

Vs. 221. *Lavit*, qui alium[69]) lavat, lavatur qui se. Lavo, lavas, lavor, lavaris, lavo, lavis.

Vs. 222. *Versa*, contraria, infesta.

Vs. 223. *Reboant*, reclamant, remugiant, faciunt sonum. Reboo verbum Graecum, nam apud Latinos nullum verbum quod ante o finitum o habeat, nisi inchoo quod adspiratione in medio posita[70]) aliter scribitur *incoho*; tria tantum[71]) nomina, in quibus c littera sequitur h, id est sepulchrum, orchus, pulcher, e quibus hodie pulcher tantum recipit [adspirationem]. — *Olympus* mons Macedoniae et alter in Moesia; praeterea a poetis Olympum caelum vocari notum est.

Vs. 224. *Stabulare*, stabula proprie magnarum ferarum receptacula.

Vs. 225. *Exulat*, extra solum suum habitat. — *Oris*, ablativus casus.

Vs. 226. *Multa* pro multum, subauditur dolens; *multa gemens* ululatibus. — *Ignominiam*, infamiam.

Vs. 227. *Inultus*, gemens, contusus.

---

54) sicia int. 55) defert. 56) contremescunt. 57) equos adelei heleus circilis. 58) cereale. 59) eliam. 60) studium. 61) ercoles mecitus. 62) In Virgilii versu est Hinc scriptum, in margine vero hic. 63) Belgicam. 64) veiculi gallicinam gelgi. 65) issida. 66) Cf. Aen. XI, 622. 67) lupinis forciores freni. 68) In versu 216 Virgilii nec herbae scriptum est, in margine ab ead. man. neque additum. 69) quia alium. 70) inchoo adspirationem in medio sita quodaliter. 71) in tantum.

Vs. 228. *Avitis*, a patre relictis.

Vs. 229. *Ergo omni cura vires exercet*, ab incultu robur adquirit.

Vs. 230. *Pernix*, perseverans.

Vs. 231. *Carice*, herba durissima. De carice et iunco tegurium construxit.

Vs. 235. *Oblitus*, securus ex ante acta victoria; *fertur*, venit. — *Fertur in hostem*, contra adversarium, metaphora a militibus.

Vs. 237. *Fluctus ut* primum. — *In medio coepit cum albescere ponto*, sic taurus paulatim ad proelium.

Vs. 239. *Inmune*, adverbium. — *Sonat*, fragorem facit.

Vs. 241. *Subvectat*[72]) sublevat.

Vs. 244. *In furias*, id est amoris. — *Amor omnibus idem*, similis pro natura uniuscuiusque generis.

Vs. 245. *Leaena*, Graecum sicut dracaena, nam nos hic et haec leo dicimus, quia in o exeuntia nomina feminina ex se non faciunt, ut fullo, latro, leo; lea non autem[73]) usurpatum est.

Vs. 247. *Informes ursi*, bene informes, quia informis nascitur, sed mater lambendo ad formam suam deducit. — *Informes* vel magni.

Vs. 249. *Libyae*, regio. — *Solis erratur in agris*, serpentibus plenis.

Vs. 250. *Nonne vides*, signatis utitur sermonibus ad vim amoris exaggerandam.

Vs. 251. *Notas odor attulit auras*, hypallage[74]) pro si aurae odorem adportaverint notum.

Vs. 252. *Virum*, virorum fortium.

Vs. 253. *Non scopuli* et reliqua, ut supra dixit *post montem oppositum et trans flumina lata.*

Vs. 254. *Unda*, per undam. *Montes*, saxa ingentia montes vocati, quae[75]) flumina volvunt.

Vs. 255. *Ipse ruit*, et reliqua. Dicit enim domesticum sive quem cicurem vocant, nam de apris dicit supra: *tum saevus aper*, vult enim non solum fera[76]) probare sed et mansueta animalia.[77]) — *Sabellicus*, Iunilius dicit Samniticum[78]) vel Sabinum.

Vs. 256. *Prosubigit*, fodit, inpellit; *fricat arbore costas*, alternis pugnaturi sues.

Vs. 257. *Humeros*[79]) hic pro armis posuit[80]) ad vulnera venatorum.

Vs. 258. *Quid iuvenis* et reliqua. Hic Leandrum tangit. Hic[81]) quidam putant Virgilium tristissimam et ab omnibus poëtis pene celebratam historiam Leandri atque Heronis[82]) retulisse, sed falluntur; nam generaliter cum ferorum[83]) tum etiam adolescentum amorem gravem et omnem conditionis[84]) expertem vult indicare, et sicut ille ardens interiectum transierit pelagus, ita etiam accipiamus in cupiditate nimia nullos timores refugisse mortis, ut Leander ab amore Heronis[85]), uxoris eius, natavit et periit, qui Hellespontum inter Asiam et Europam noctu natans, a puella lumen in turre accendebatur. Hoc saepius facto tempestate lumen exstinctum [est et] Leander periit in tenebris, cuius corpus naufragio appulsum est, puella se a turre praecipitavit et in amplexibus dilecti[86]) cadaveris animam amisit et a parentibus hi[87]) sepulti sunt. — *Quid iuvenis*, Leandrum dicit generaliter pro omnibus amantibus[88]); *cui versat in ossibus ignem*, post illa animalia homines gravius in amorem[89]) convertit.

Vs. 261. *Porta tonat caeli*, aër nubibus plenus, per quem iter in caelum[90]) est.

---

72) In Versu Virgilii scriptum subiectat. 73) latra leo leo hoc autem. 74) adora; attollit auras ypallage. 75) Cod: vocati que; malo: vocata quae. 76) feras. 77) Adiiciendum esse videtur: amore [in furorem agi vel ad furorem moveri. 78) sãniticum. 79) Vmeros. 80) armis sposuit. 81) hoc. 82) eaurea. 83) ferarum. 84) condicionis. Voluitne omnis rationis? 85) ydoneris. 86) dilicati. 87) hii. 88) animantibus. 89) amorē movertit. 90) In textu reclamant scriptum, in margine resultat.

Vs. 262. *Nec miseri possunt revocare parentis*, hoc est parentum; hoc genus dicendi aliud vult intellegi, id est sine[91]) respectu sollicitudinis parentum suorum in discrimina se dare.

Vs. 263. *Super*, alii supra; *virgo*, pro puella. Involutus est sensus: quae sine respectu pudicitae parentumque pudoris[92]) damna neglexerit.

Vs. 264. *Quid lynces Bacchi*[93]), lynces, fere consimiles pantheris, Libero patri adsignatae propter varietatem macularum, quibus indicatur vini[94]) usum varias et lubricas hominum mentes efficere. Iunilius dicit.

Vs. 265. *Inbelles*, fugaces.

Vs. 266. *Insignis*, praecipuus, natabilis.[95])

Vs. 267. *Et mentem*, furorem vel voluntatem. — *Mentem*, ardorem concubitus minui visis equis dicunt.

Vs. 268. *Potniades*, Potnia[96]) urbs in Boeotia, vel vicus qui habet multas fabulas, et haec est civitas Deucalionis, de qua Glaucus fuit, qui cum sacra Veneris sperneret, illa irata equabus eius inmisit furorem, quibus utebatur ad currum et eum morsibus dilaceraverunt. Est ordo: quo tempore Glauci membra Potniades quadrigae absumpserunt.[97]) Glaucus equas cognomine Potniadas habuit, quae prius Diomedis[98]) erant. — *Malis*, maxillis; *quadrigae*, equae.

Vs. 269. *Trans Gargara*, pro quibuslibet montibus; Gargara mons vel civitas Mysiae regionis, ubi est amnis Ascanius.

Vs. 270. *Ascanium*, pro quibuslibet fluminibus.

Vs. 273. *Ore omnes* et reliqua. Varro dicit in Hispania ulteriore verno tempore equas nimio ardore contra frigidiores ventos ora patefacere[99]) ad sedandum calorem et exinde concipere pullos veloces.

Vs. 274. *Exceptant*, frequenter excipiunt.

Vs. 275. *Vento gravidae.* Iunilius dicit: saepe in Hispania circa Iberum[1]) amnem equae sine ulla admissura Favonio vento concipiunt, quod a quibusdam sacrum pecus vocatur, quod Solis esse autumant.[2])

Vs. 277. *Eure*, o, ventus.

Vs. 278. *In Boream Chaurumque*, nomina ventorum hic dicuntur, pro quibus equae concipiunt. — *Chauram*, Favonius ventus nimium frigidus est, inde inpudens habetur.

Vs. 279. *Sidere*, frigore.[3])

Vs. 280. *Hic demum Hippomanes*, per insaniam equarum virus quod colligitur ex corpore destillans a pastoribus ad mulierum devotiones aptum dicunt, sed Theocritus in bucolicis in Arcadia herbam quandam esse significat, quod simul qui gustaveril nimia rabie efferatur, deucoli sudor ab inguine destillat ad concitandos amores efficax. Iunilius dicit. — *Hippomanes* herbae genus; *vero quod nomine dicunt*, excitatio veritatis. *Hippomanes*, si eam equae comedant furore quatiuntur.

Vs. 281. *Lentum*, virus roscidum.

Vs. 283. *Innoxia*, venena. — *Et non innoxia verba*, exprimit augmenta[4]) malitiae, quod novercae verbis[5]) armant venena.

Vs. 284. *Irreparabile*, inrevocabile.

Vs. 285. *Singula dum capti* et reliqua. Singula capti amore vectamur[6]), id est dum speciatim cuncta describimus.

Vs. 287. *Hirtas*, hirsutas, pilosas, setosas ut: *hirsutum supercilium.*

---

91) fine. 92) parenpudoris. 93) bacchiae. 94) indicat uni. 95) motabilis. 96) potnidis urbs urbs in boetia. 97) adfumpserunt. 98) domedis. 99) ora patere. 1) hiberum. 2) In textu Virgilii scribitur Coniugiis, in margine varians lectio adscripta: connubiis. 3) Frigore in Virgilii textu scribitur; in margine ab eadem manu antiqua sidere adscriptum. 4) augmento. 5) herbis. 6) nectamur.

Vs. 288. *Hinc labor*, ad tuenda inbecilliora animalia.

Vs. 289. *Magnum*, difficile.

Vs. 290. *Et angustis addere rebus honorem*, humilem materiem alto sermone decorare; sic in quarto[7]: *in tenui labor at tenuis non gloria.* — *Angustis*, subtilibus.

Vs. 291. *Sed me.* Vult poëta se ostendere primum Romanorum carmen de agricultura conposuisse, cum apud Graecos Nicandrus et Hesiodus georgicon libros scripserint. Iunilius dicit. — *Deserta per ardua*, Helicon et Cithaeron[8]) Musis montes dedicati.

Vs. 292. *Raptat*[9]) *amor*, id est amor scribendi rapit me opus ad arduum et a nullo ante descriptum.[10]) — *Iugis*, per iuga.

Vs. 293. *Castaliam*, mons, alii dicunt fontem; vel Castalia mons Parnaso vicinus dictus a Castali, Delphi filia, Neptuni nepote. — *Molli*, facili, *clivo*, itinere; ordo est: qua nulla priorum orbita Castaliam devertitur. — *Orbita*, rotae vestigium.

Vs. 294. *Pales*, dea pabuli invocanda.

Vs. 295. *Stabulis in mollibus*, clementibus aëris temperantia sive propter plagam australem, sive propter herbas subpositas animalibus. — *In mollibus*, molliter stratis.

Vs. 296. *Dum mox*, donec vernum tempus adveniat.

Vs. 297. *Maniplis*, fascibus.

Vs. 299. *Molle pecus*, respexit ad curam, quae sine pannis et medicaminibus non sit. *Ferat*, procreat, ut ibi: *quidque ferat regio.* — *Turpesque*[11]) *podagras*, turpissima vulnera.

Vs. 300. *Posthinc*, cum hoc feceris.

Vs. 301. *Arbuta*, speciem pro genere posuit. — *Fluvios*, aquas statim haustas[12]), nam si pigram potaverint, statim morbum contrahunt. — *Recenses*, iuges.

Vs. 302. *A ventis*, figurate dicit ventos perferentes hibernos. — *Hiberno soli*, ad meridiem; *hiberno*, quia contra plagam meridianam sol currit per hiemem, quod explanat dicens: ad medium conversa diem.

Vs. 304. *Iam cadit*, cum transitum fecerit ab aquario ad piscem: *cadit*, occidit; *extremo anno*, februario[13]), qui est ultimus, quia martio annus incipit. — *Extremo*, non extremo anno, sed extremo[14]) anni tempore, id est mense februario[13]); constat enim pro numero signorum etiam menses ordinem suum habere. *Aquarius* idem et Ganymedes, qui imbres facit.

Vs. 306. *Milesia*, Miletus civitas Asiae, ubi lanae pretiosissimae et mollissimae sunt tinctaeque migrant in purpuram. — *Magno*, id est pretio.

Vs. 307. *Incocta*, valde cocta. — *Tyrios*, figurate, quia coquendo Tyrium traxit colorem. *Tyrios*, in Phoenice urbs.

Vs. 308. *Densior hinc soboles*, binos pariunt capellae.

Vs. 309. *Quam magis*, quo magis.

Vs. 310. *Pressis*, mulctris.

Vs. 311. *Incana*, valde vel nimium. — *Barbas* nunc de quadrupedibus, nam barbam hominum, barbas pecudum dicimus, ita dicit; tamen hoc Cominianus vincit dicens: errant qui in hominibus barbam, in hircis[14]) barbas dici putant, sed recte barbam in uno homine singulariter et pluraliter in pluribus dicas.

Vs. 312. *Cinyphii*, Libyci a fluvio Cinyphe. Cinyphius[16]) fluvius Gaetuliae[17]) in Africa prope Garamantas, circa quem hirci nascuntur admodum pilosi. — *Tondent*, deest pastores, ut sit genitivus casus Cinyphii[18]) hirci. *Tondent* pro tondeant.

Vs. 313. *Usum in castrorum*, tentoria. — *Et miseris nautis*, qui frequenter patiuntur pericula.

---

7) Georg. IV, 6. 8) licon et citheron. 9) reptat. 10) describtum. 11) torpesque. 12) austas. 13) febroario. 14) extremi. 15) hirtis. 16) cinuphe cinuphius. 17) zithaliae. 18) cinuphii.

Vs. 314. *Pascuntur*, quia incerti generis pasco, pascor. *Summa Lycei*, synecdoche, id est species pro genere. — *Lycei*, montis Arcadiae. Hic notandum est, quasi in solo Lyceo pecora adsuerint pascere.

Vs. 316. *Atque ipsae*, capellae.

Vs. 317. *Ducunt*, educunt, id est fetus proprios nutriunt, ut educatos dicimus. — *Superant*, gradiuntur.[19])

Vs. 319. *Egestas*, si cum cura fiat, erit pecorum minor egestas. —

Vs. 320. *Avertes* glaciem et ventos ab eis.

Vs. 321. *Nec tota claudes fenilia bruma*, quia fenum pecoribus per hiemem subministrat, qui prudens est.

Vs. 322. *Zephyris*, ver dicit, quo flant zephyri, ut[20]): *zephyro putris se gleba resolvit.* — *Cum laeta aestas*, subauditur adveniet.[21])

Vs. 323. *Utrumque gregem*, caprarum et ovium.

Vs. 325. *Carpamus*, ambulando carpamus, carpere cogamus greges. *Dum gramina canent*, albicant nocturnis et matutinis roribus lucentes herbae. — *Mane novum*, id est secundum morem provinciae suae; *novum*, recens; notandum quod mane nomen posuit[22]) pro adverbio.

Vs. 328. *Querulae*, quia queruntur semper. — *Rumpent*, personant clamore; *cicadae*, id est vermes, qui in lignis cantant.[23])

Vs. 330. *Iliguis*[24]) *canalibus*, factis ex ilice; sane canalis feminini generis melius quam masculini. — *Undam*, aquam.

Vs. 332. *Sicubi*, si alicubi. — *Iovis quercus*, quia omnis quercus Iovi consecrata[25]) ut omnis lucus Dianae.

Vs. 333. *Nigrum*, densum vel opacum.

Vs. 335. *Tenues*, puras, epitheton est aquarum. — *Rursus*, post meridiem.

Vs. 337. *Temperat*, refrigerat; *temperat* vel aestu calefactus[26]), vel a pecoribus pastus. — *Reficit*, recreat id est rore; *roscida*, humida; *roscida luna*, nox, quia rorem dat.

Ts. 338. *Alcyonen*[27]), alcyonae aves marinae, de quibus in primo[28]) diximus. *Acalanthida*, acalanthides[29]) a Graecis dictae, sive quia pinnas acutas habent, an acalanthides[30]) spineta dicuntur, e quibus hoc nomen acceperint[31]), Iunilius dicit. — *Acalanthida*, Acalanthis mons in Arcadia vel spineta, Gaudentius dicit. *Dumi*, ruris.

Vs. 339. *Quid tibi*, pro qualitate provinciarum diversa esse genera pastionum. Gaudentius dicit. — *Libyae*, Africae.

Vs. 340. *Mapalia*, casae pastorales. Salustuis dicit mapulia aedificia Numidarum oblonga incurvis lateribus, tecta quasi navium carinae.

Vs. 342. *Sine ullis* stabulis.

Vs. 343. *Tantum campi iacet*, pascui extensum est.

Vs. 344. *Armentarius*, pastor. Consuetudinem[32]) vult esse pastorum ostendere id est omnia bona habere. *Tectum*, tentorium militum more acsi dicat casam. — *Larem*, ignem.

Vs. 345. *Cressam*, Creticam[33]), alii *crassam*. — *Amyclaeum*, species pro genere. Amyclae civitas Laconicae regionis, in qua nascuntur abominati canes et magni. Vult per haec metonymicos ostendere et canes et tela pulcherrima, quibus solent uti pastores ferarum praedonumque causa.

Vs. 347. *Iniusto sub fasce*, civili bello, vel sub acerrima potestate. — *Fasce*, onere[34]), ut *ego hoc te fasce levabo*. Iunilius dicit.

---

19) graduntur. 20) Georg. I, 44. 21) advenent. 22) posui. 23) Vs. 329. in textu scriptum iubeto, in margine: iubebo alii iubeto. 24) lignis. 25) cumsecrata. 26) calefactas. 27) Alcyonem. 28) Georg. I, 399. 29) acalanthes. 30) an anacalanthides. 31) accipcrint. 32) consuetudine. 33) cretiam. 34) Cod. honore.

Vs. 348. *Ante exspectatum,* dicto citius, antequam exspectatus adventus. *Stat* pro obstat, nam aphaeresis[35]) est.

Vs. 349. *At*, subauditur, qualis est pastio Pontica Scythicaque. *Maeotica,* palus Scythiae frigore congelascens.[36]) Gaudentius dicit. — *Scythiae gentes* sub septentrionis partibus iacent Asiae, Europae. *Maeotica*, Maeotis Scythiae palus, in quam fluit Tanais, dicta a nympha huius nominis. Iunilius dicit.

Vs. 350. *Flaventes,* spirantes. — *Hister*, fluvius Scythiae, qui et Danubius nominatur; alii dicunt seperatim Hister.

Vs. 351, *Rhodope,* mons Thraciae et flectitur in septentrionem, nam axis est septentrio, quae a Graecis hamaxa[37]) nominatur, sed et nympham significat, a qua nomen accepit[38])

Vs. 354. *Informis,* carens varietate formarum, nullisque agnoscendo limitibus. — *Aggeribus niveis,* superfusione nivis.

Vs. 355. *Adsurgit*, crescit. — *In ulnas,* ulna utriusque manus extensio, vel verius cubitus, quod Graece *ὠλένη*[39]) dicitur.

Vs. 356. *Chauri,* venti id est chori.

Vs. 357. *Umbras,* ex nubibus non nocte factae.

Vs. 360. *Crusta* cum genere feminino dicimus lapidis aut ligni aut gelu, cum masculino panis. — *Crustae,* aquae congelatae.

Vs. 361. *Tergo*, dorso.

Vs. 362. *Puppibus* et reliq. paludem in Scythia dicit, quae per hiemem plaustris transiri potest, per aestatem navigari; nunc hieme. — *Prius,* aestate; *patulis,* patula plaustra pro altitudine rotarum dicuntur. *Hospita*, facilis, apta, unde et hospitalis homo dicitur apte serviens.

Vs. 363. *Dissiliunt,* franguntur. — *Vulgo,* passim crepant nimio frigore aera putant.

Vs. 364. *Caeduntque secoribus humida*[40]) *vina,* cum in doleis glaciata fuerint. Vinum naturaliter calidum illic gelatur et intellegimus peregrinum.

Vs. 365. *Vertere,* sese vertere.

Vs. 366. *Stiria*, humor de naribus fluens; stiriam humorem esse dicunt in glaciem versum, quod etiam per hiemem solet tectis dependere[41]), appellatum a duntia, a quo etiam mulier sterilis dicitur, quae non molliatur partu. — *Stiria*[42]) gutta tectis vel arboribus, stiria[42]) gutta deminutive stilla, inde stirs. *Barbis*, in modum barbarum.

Vs. 367. *Non secius*, non segnius quam inchoaverat.

Vs. 368. *Pruinis,* abusive pro nubibus, nam pruina matutini temporis frigus.

Vs. 370. *Mole nova,* nimia in magnitudine. — *Exstant,* apparent.

Vs. 371. *Cassibus*, retibus, hinc est quod incassum id est sine causa, quasi sine cassibus, in quibus[43]) venatio est inane.

Vs. 373. *Puniceae,* rubiae, puniceae, rubicundae; ita enim hic color ab Afris appellatur; intellegendum autem non pinnas puniceas, sed pinnis puniceis id est maculis roseis. — *Agitant* coloni.

Vs. 374. *Montem*, nivium multitudinem.

Vs. 375. *Rudentes,* more[44]) suo corripuit.

Vs. 377. *Specubus*, IIII declinationis.

Vs. 379. *Hic noctem,* quasi perpetuitatem noctis, quippe sub terris locati ludos celebrant.

Vs. 380. *Acidis,* herbis. *Sorbis*, sorbae quaedam pira sunt, quae cum fermento saporem vini mentiuntur. Iunilius et Gaudentius dicit. Genus potionis est quod dicitur

35) aferesis. 36) convalescens. 37) amaxo. 38) accipit. 39) ulna. 40) umida et paullo post vs. 366. umor et umorem. 41) deprehendere. 42) styria. 43) Voluitne scribere: sine quibus. 44) rore.

cervisa, et consequens est quod dicit, ut vinum per naturam calidum in provincia frigida non possit creari.

Vs. 381. *Hyperboreo*, monte Scythico; *Hyperboreo*, Septentrioni subiecta Hyperborea regio est, quae posita sub huius sideris parte. — *Septentrioni*, Septentrionem quidam vinctis bobus dictam putaverunt; triones autem ab eundo vel arando boves vocarunt rustici a terendo terram, neque alia causa idem sidus Graeci *ἅμαξαν* [45]) dixerunt, nos plaustrum, denique bootes quasi consentaneo nomine.

Vs. 382. *Rhipaeo* [46]) Scythico. Rhipaei montes in Scythia appellati sunt *ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν* [47]). Perperam autem *Rhipao euro* dixit, cum aquilo flatu suo ipsa loca conturbet, non eurus, qui ab ortu venit. Iunilius dicit. — *Euro*, vento.

Vs. 383. *Fulvis*, vestes de pellibus, quae vocantur *senones*, ut Salustius dicit, quia pecudum de pellibus faciunt gunnas, quibus vestiuntur omnes barbari, id est ovium et caprarum luporumque pellibus utuntur.

Vs. 384. *Lanitium*, haec lana, hoc lanitium, ut fuga, fugium.

Vs. 385. *Lappaeque tribulique* [48]) *absint*, Lappae et tribuli species herbarum sunt, quae nativam asperitatem habent et ita haerent lanae, ut sine dispendio develli non possint, quare qui curam lanitii habet, ea loca vitet. — *Lappaeque tribulique* [48]) *absint*, quibus rebus lana decerpitur. [49]) *Fuge pabula laeta*, pabula laeta fuge non ne contrarium vitet, sed quoniam laeta grassiorem lanam [50]) faciunt, bene dixit, si tibi lanitium curae, tunc laeta fuge pabula.

Vs. 386. *Albos*, lana enim alba pretiosior, quia quemlibet suscipit colorem.

Vs. 387. *Quamvis aries sit candidus ipse*, quod hic per transitum tangit, in aliis plenius est. *Aries sit candidus ipse* bene addit, quamvis ut dominus gregis est, quae in Regum Legibus dicuntur.

Vs. 388. *Udo*, semper humido. [51])

Vs. 389. Minus enim generari idonei sunt. Hic pastoribus diligentia operis impenditur. — *Ne infuscet*, ne varios agnos faciat.

Vs. 390. *Pleno*, copia..

Vs. 391. *Munere sic niveo* et reliq. Luna cum adamasset lanam eamque a Pane postularet, eo quod lanificii inventor sit, unde et paniculae dicuntur, ut acceperit [52]) et interpellata de stupro intellexit ut in adulterio fraudem pertulit, quod non cum voluntate peccavit. Iunilius dicit. — *Si credere dignum est*, tantum de Luna sacrilegium.

Vs. 392. *Pan*, mutabat [53]) fabulam, nam non Pan sed Endymion amasse dicitur [54]) Lunam, qui spretus pavit pecora candidissima et sic etiam in suos inflexit amplexus; quandam secretam et rationem. [55]) Gaudentius dicit. — *Pan*, deus Arcadiae. Pan Lunae amore captus hoc ingenio usus est, ut Lunam eam provocaret ad voluntatem, et Endymion hoc fecit. — Iunilius dicit.

Vs. 394. *Lotus*, genus herbae.

Vs. 395. *Ille manus salsas* et reliq. quandam secretam esse rationem, ut et multum potantes reddant [56]) plurima lactis et ipsud [57]) lac non sit fatuum.

Vs. 396. *Tendunt*, lacte implent.

Vs. 397. *Et salis occultum*, vix intellegibilem, non statim apparentem saporem. — *Occultum saporem*, suaviorem colligunt saporem.

Vs. 398. *Excretos*, auctos, validiores, velut Iunilius dicit a lacte separatos.

Vs. 399. *Primaque* et reliq. ab his scilicet, quibus lactis usus est necessarius. — *Ferratis*, duris.

Vs. 401. *Premunt*, cogunt, caseum faciunt.

---

45) amaxin. 46) Piphaeo et paullo post riphaei. 47) *απο τω ριπιξηεατ.* 48) tribolique. 49) decepitur. 50) grassiores lana. 51) umido, 52) acciperint. 53) mutabunt. 54) dicuntur. 55) Secundum Servium facile haec verba emendantur: cuius rei quandum secretam esse rationem volunt. 56) redeant. 57) Sic in cod.

Vs. 402. *Sub,* ante. — *Calathis,* vasis aereis. *Adit oppida pastor,* portans caseum viride.

Vs. 403. *Parvo,* alii parco, id est modico vel servatore, nam homo frugi parcus dicitur.[58])

Vs. 404. *Nec tibi cura canum*, pro magna sit tibi cura canum.

Vs. 405. *Spartae,* venaticae, Sparta civitas Laconiae est. — *Molossum*[59]), Molossus est canis rusticus; Molossus pars Epiri appellata a Molosso Persei filio, ubi optimi venatici canes sunt; in illis velocitas laudatur, in his fortitudo.

Vs. 406. *Sero,* serum aqua lactis; *pingui,* quod pingues facit.

Vs. 407. *Nocturnum furem,* captantem noctis opportunitatem; fur autem a furvo dictus, id est nigro, nam noctis utitur tempore.

Vs. 408. *Inpacatos Hiberos*, abactores fuere enim Hispani. — *A tergo*, id est loci. *Hiberos,* Hiberus amnis in Hispania, a q̄uo gens Hibera; vult autem ostendere barbaros regionis huius adsuetos praedari. Iunilius dicit.

Vs. 409. *Onagros*, agrestes asinos.

Vs. 410. *Damas*, sicut caprae sed humilioris staturae.

Vs. 412. *Agens*[61]), indagans, persequens.

Vs. 413. *Premes*, prŏprie dixit, ut ibi *spumantis apri cursum clamore prementem.*

Vs. 414. *Odoratam cedrum,* odore plenam.

Vs. 415. *Graves*, perniciosas; *chelydros*, serpentes.

Vs. 418. *Aut tecto assuetus coluber,* gaudent tectis serpentes, quos Latini *genios* vocant.

Vs. 419. *Adspergere*, iactare.

Vs. 420. *Favit*, amplectitur, in qua potest latere.

Vs. 422. *Deice*, occide. — *Timidum caput*, cui timet.

Vs. 423. *Agmina*, volumina, motus.

Vs. 425. *Calabris in saltibus;* Calabria a Salentino promontorio Italiae incipit, Iunilius dicit. — *Calabris in saltibus.* Calabria in Apulia, et ideo Apulia, quia effert odorem sepentium ventus et homines morbificat.

Vs. 427. *Maculosus*, squamis.

Vs. 427. *Rumpuntur fontibus*, exeunt de fontibus vel pleni sunt, ut ibi, *rumpunt horrea messes.*

Vs. 429. *Madent*, rorant.

Vs. 431. *Inprobus*, insatiabilis, quem nemo potest prohibere. — *Loquacibus,* quia ex hominibus factae sunt, ut *Ovidius* dicit. — *Ingluviem,* gulam; ingluvies est spatium gulae, unde et glutum et glutine dicimus, per ingluviem aliquid dimittere, nam et glutinatus quasi gulae ictus. *Explet*, haec enim facit, quoniam pleni sunt fontes.

Vs. 432. *Exusta*, siccata.

Vs. 434. *Asperque siti; quod genus siti magis quam alia re accenditur,* ut Salustius dicit. — *Exterritus*, exacerbatus.

Vs. 435. *Ne mihi,* moris ei in periculis suam personam interponere.

Vs. 438. *Catulos*, qui[61]) proprie canum sunt, hic abusive dicit.

Vs. 439. *Trisulcis,* serpens triplicem linguam habere dicitur, sed a vibratione linguae, nisi fallor; sic et Cerberus trifauci dicitur ore.

Vs 440. *Morborum* et reliq. quattuor dicit signa morborum; non servat legitimum ordinem, nam post remedia signa commemorat, id est turpitudo, scabies sectio per vepres podagrae.

Vs. 442. *Altius ad vivum persedit,* medullas et ossa penetrat. — *Ad vivum,* locum sensibilem, ad corpus. *Cano,* candido.

---

58) In textu parco, in marg. ab eadem manu parvo adscriptum. 59) molosus et sic paullo post molosus et moloso. 60) Agnes. 61) quae.

Vs. 443. *Inlotus*[62]), sordidus.
Vs. 444. *Hirsuti*, spinosi.
Vs. 445. *Magistri*, pastores.
Vs. 446. *Aries*, ducem dicit gregis, huic enim solent pastores partem lanae dimittere, nam oves semper tonsae lavantur. *Villis*, hic villus. — Simonem[63]) dicit ducem gregis, quem ita et *Varro* commemorat.
Vs. 448. *Ad tonsum* et reliq. hoc remedium scabiei et laeso corpori vepribus ponitur.[64])
Vs. 449. *Et spumas miscent argenti vivaque sulphura*, dactylicus versus.
Vs. 450. *Idaeas*, olera ad sanitatem pertinentia, quae in monte Phrygiae Ida[65]) nascuntur.
Vs. 451. *Scyllamque elleborosque*, genere herbarum sanabilium. — *Nigrumque bitumen*, duo genera[66]) sunt, album ac nigrum.
Vs. 452. *Praesens*, efficax, utilis, profutura, malorum est, ut alii laborum[67]) pro malorum.[68])
Vs. 453. *Quam si quis ferro* et reliq. Sensus est, si medicaminibus emolliri non poterit, incidendum est vulnus. — *Summum*, tunc enim summum est, cum os[69]) habuerit.
Vs. 454. *Tegendo*, dum tegitur.
Vs. 456. Salustius: *non votis neque suppliciis muliebribus deorum auxilia comparantur.*[70])
Vs. 458. *Arida febris*, arida corpora hominum efficit febris, a fervore dicta.
Vs. 460. *Salientem*, id est mobilem. — *Venam*, dicit illam venam esse feriendam, quae super unguem est animalis, tam latam quam mobilem.
Vs. 461. *Bisaltae*, Geloni iidem[71]) sunt qui et Getae Graeciae iuncti, quorum pastores[72]), quos nomadas[73]) vocant, usum curandi pecoris habere dicuntur, quem supra memoravit. Iunilius dicit. — *Bisaltae*, populi Scytharum qui fugientes equorum sanguine[74]) aluntur cum lacte permixto. Gaudentius dicit.
Vs 462. *Cum fugit*, pergit celeriter. — *In Rhodopen*, Rhodope mons.[75])
Vs. 463. *Concretum*, nunc commixtum sanguine et discretum.
Vs. 464. *Quam*, id est ovem. — *Molli*, bene mollem umbram dicit, quam diligunt, petunt.
Vs. 465. *Ignavius*, sine aviditate.
Vs. 466. *Procumbere*, accumbere, iacere.
Vs. 467. *Pascentem*, saepe pascentem.
Vs. 468. *Continuo culpam ferro compesce*, id est eam[76]) occide ovem. — *Priusquam* contagio omnem gregem inpleat.
Vs. 469. *Vulgus*, gregem.
Vs. 470. *Aequore*, de aequore.
Vs. 471. *Singula*, singulatim.
Vs. 472. *Aestiva*, aestiva loca umbrosa, quibus per aestatem[77]) pecora vitant calorem.
Vs. 473. *Spem*, fetum *Spemque gregemque simul*, simul agnos cum matribus.
Vs 474. *Sciat aërias Alpes* et reliqua. Hic sensus est: qui sciat ista loca, qualia fuerint, cum pecoribus erant quondam [referta, nunc quoque ea] morbo [vacantia videat].[78]) Descripsit pestilentiam Venetiae, Galliae, Illyrici; nam quodam tempore cum Nilus plus aequo [crevisset] et[79]) diu permansisset in campis, ex aqua fluminis et calore provinciae diversae, et prima in limo animalia sunt creata. — Gaudentius dicit. — *Aërias Alpes*, Alpes sunt mon-

---

62) Inlutus. 63) Haec a manu recentiore adscripta sunt. 64) Contingunt legitur in textu Virgilii, perfundunt in margine a manu antiqua adscriptum. 65) frigiae idi. 66) duegene. 67) labrem. 68) Var. lectio hic latere videtur. 69) hos. 70) Haec a manu recentiore adscripta sunt. 71) idem. 72) quarum pastoris. 73) nummadas. 74) sanguinem. 75) hrodopen, hrodope mons. 76) cūm. 77) statem. 78) Quae in parenthesi apposita sunt, ea necessarie ex Servii com. adscripsi. 79) nilus pulsa aequore et diu.

tes, qui Gallium ab Italia dividunt. *Aëriae* ex Graeca consuetudine dictae; Graeci enim quicquid celsum aërium[80]) vocant. IUNILIUS dicit. *Norica,* Norica castella dixit a Borea. Noreia quae[81]) est in Gallia ut ASELLIO historiarum non ignarus docet.

Vs. 475. *In tumulis,* locis. *Iapygis,* Iapygia pars est Istriae et Dalmatiae adfinis. IUNILIUS dicit. — *Iapygis,* Iapygia[82]) pars est Venetiae regionis dicta ab oppido Iapygo.[83]) GAUDENTIUS dicit. *Arva Timavi,* in Istro sunt.

Vs. 476. *Post tanto* tempore.

Vs. 478. *Miseranda,* pessima, inferens rem dignam miseratione. — *Coorta*[84]) *est,* nata est.

Vs. 479. *Tempestas,* quae semper pestilentiam facit. — *Autumni incanduit aestu,* exarsit prima parte autumni.

Vs. 481. *Corrupitque lacus* et reliq. ordinem non secutus est, quia aqua post pabula esset corrupta *Tabo,* pestilentia. — *Infecit pabula,* non quasi corruptis pabulis usa pecora intellegere debemus, sed eorum morbus pabula ipsa corrumpit.

Vs. 482. *Nec via mortis erat simplex,* nec moriebatur ex usu, id est per naturalem ordinem, non tantum fuga animae, sed etiam corporis resolutione; ab eo quod praecedit id quod sequitur ostendit. — *Ignea,* fevidus calor.

Vs. 483. *Acta,* peracta.

Vs. 484. *Fluvidus liquor,* humor[86]) aquae. *In se,* contra se.

Vs. 485. *Ossa,* quorum humor sordidus hyperbolice[85]) totum hominem vel pecus significat.

Vs. 486. *In honore*, ad sacrificium, ut *haud equidem tali de dignor honore.* — *Hostia,* victima, ovis.

Vs. 487. *Lanea* vitta.[87])

Vs. 489. *Aut si quam ferro* et reliq. eius scilicet mortem praeveniens.

Vs. 490. *Inde neque*[88]) et reliq. quia valetudine partis et contagione tenebatur atque indigna sacrificiis erat. — *Inde neque*[89]) et reliq. PLINIUS SECUNDUS ait morbida caro non coquitur.[90])

Vs. 491. *Nec responsa* et reliq. colligi enim nonnisi ex sana victima futura non possunt.

Vs. 492. *Sanguine,* quidam sanguis gelidus erat. — *Suppositi cultri,* quia in VIo.[91]) *supponunt*[92]) *alii cultros* id est iugulant hostias. Dicendo[93]) *suppositi* feriendi genus ostendit.

Vs. 493. *Summaque ieiuna* et reliq. [signatis] usus est verbis nimisque libratis.[94]) — *Ieiuna sanie,* sterili et vitioso sanguine.

Vs. 494. *Laetis in herbis,* ne eos fame perüsse putaremus.

Vs. 496. *Hinc canibus blandis*, etiam blandis accidit. — ***Et quatit*** proprie dicit, nam tussis corpus commovet.

Vs. 497. *Tussis* corripit, stringit, *angit* bene ait, nam angina dicitur porcorum morbus, qui occupat fauces. PLAUTUS dicit[95]): *Velle me in anginam verti, ut huic aniculae*[96]) *praeoccuparem fauces.* GAUDENDIUS dicit. — *Angit* ab angendo hoc est stringendo, ut ibi *corripit in nodum complexus et angit inhaerens*; unde et angina vitium vocatur, quod strangulat, unde et anguis dicitur IUNILIUS dicit. *Obesis,* pressis, clausis.

Vs. 498. *Studiorum,* certaminum.

Vs. 499. *Victor equus,* aut nobilis aut multarum palmarum.

Vs. 500. *Crebra,* nomen pro adverbio. *Crebra ferit* et omina figura utitur. *Incertus,* inrationalis, sine labore, cuius [causa][97]) non apparet.

---

80) aereum. 81) ab orea norea q est. 82) iapagia, ita et paullo ante scriptum. 83) gapago. 84) cohorta. 85) umor. 86) hyperboliae. 87) victima. 88) Indeque. 89) Indeque. 90) quoquitur. 91) Cod. in III; intelligendus est v. 248 libri VI. Aeneidis. 92) supposunt. 93) dicendus. 94) liberatur. 95) Mostell. I, 3, 61. 96) caniculae. 97) Causa deest in cod.

Vs. 501. *Ille*, sudor.
Vs. 502. *Tractanti*, curanti, tangenti. *Dura*, rigida, metaphoricos.
Vs. 504. *Sin in processu*[98]) et reliq. scilicet in deteriorem procedat. — *Crudescere*, validior, ut *crudescit pugna Camilla.*[99])
Vs. 507. *Tendunt* pro tenduntur.
Vs. 508. *Aspera*, nimia siccitate. — *Obsessas*, clausas.
Vs. 509. *Profuit*, quomodo profuit, sic et ipsum obest, sed asperitati[1]) morbi hanc solam dicit prodesse medicinam erroremque furorem. Iunilius dicit. — *Profuit*, non semper, sed aliquando, nam hoc solum est, quod aut morbo[2]) liberat, aut commovet furorem.
Vs. 511. *Mox erat hoc ipsum exitio*, quod salutis esse putabatur, ut paullo post: *quaesitaeque nocent artes.* — *Furiisque refecti*, quia languentia corpora in vires quodammodo excitat furor et facit ea in exitium convalescere.
Vs. 513. *Dii* et reliq., parenthesis, in exsecrationem hostium hanc retorquet insaniem. — *Hostibus*, ut illi similiter se dentibus lacerent.
Vs. 515. *Fumans sub vomere*, per hoc ostendit etiam repente [fortes tauros][4]) morbo concidere; nemo enim pestilentem ad aratra reducit iuvencum.
Vs. 516. Mutavit genus, ut exsecratiorem faceret novitatem.
Vs. 517. *Ciet*, dat.
Vs. 518. *Fraterna morte iuvencum*[5]), constat quia armenta, vel ex affectu rustici dictum est. Gaudentius dicit. — *Fraterna morte*, mire, ut par labor parem etiam consanguinitatem faceret et caritatem. Iunilius dicit.
Vs. 519. *Atque opere in medio* et reliq. duplex damnum, amissi pecoris et intermissi laboris.
Vs. 521. *Prata movere animum*, inlicere in suum desiderium.
Vs. 522. *Purior electro*, nam sicut electrum defaecatius[6]) est omnibus metallis, ita concurrens aqua purior ceteris.
Vs. 523. Iam occumbentem[7]) ventura mortis imago sollicitat.
Vs. 524. *Fluit*, languente anima deficit corpus. — *Devexo*, inclinato.
Vs. 525. *Quid labor*, et reliq. Si neutrum mortem nec corporis exercitium nec mentis religio [pellit][8]), et hoc dicit: quid[9]) ei prodest labore suo aluisse[10]) mortales.
Vs. 526. *Massica*, Massicus et Massica, ut hoc porrum et hi[11]) porri, et hic intubus et haec intuba. Iunilius dicit. — *Massica* a Massico monte Campaniae; per transitum tangit Galliam. Gaudentius dicit.
Vs. 527. *Epulae* aut abundantes aut variae herbae. *Repostae* pro repositae.
Vs. 530. *Nec somnos abrumpit cura*, ex cura enim nimia vigiliae fiunt.
Vs. 532. *Quaesitas ad sacra* et reliq. sacerdotes Iunonis id est Cleobis[12]) ut iam[13]) currus sollemnibus sacris deducere solebant, verum deficientibus bobus etiam collo sacra portare dicuntur. Iunonis sacris animalia defecerant aut Romanorum expleta sunt funera, quos illa prosecuta est aut restituta sunt facta, quae infecta Iunone defecerant. — *Uris*, bobus, vel uri boves agrestes cornibus insignes, aut quorum mentionem ideo facit poeta, ut ostendat, pestilentiam etiam fuisse tantam, ut ipsorum penuria fuerit. Haec Iunilius Flagrius dicit.
Vs. 533. *Alta ad donaria*, templa.
Vs. 534. *Rimantur*, fodiunt, in rimas agunt, aperiunt.
Vs. 535. *Et ipsis unguibus*, hyperbole pro manibus. — *Fruges*, plantas.
Vs. 538. *Nocturnus*, custos, pulchre pro noctis tempore. — *Obambulat*, circumit.

---

98) processus. 99) Aen. XI, 833. 1) asperitatem. 2) morbum. 3) que sit que nocent; vid. v. 559. 4) fortes tauros deest in cod. 5) iuventum. 6) delectrum desicatius. 7) Ianoccbentem. 8) pellit deest in cod. 9) quod. 10) avolasse. 11) hii. 12) leo bois. 13) iancurrus.

Vs. 539. *Cura domat*, timor pestilentiae. — *Timidi damae*, genus mutavit, ut vitaret homoeoteleuton[14]), dicit autem damas et cervos errare cum canibus. Duo hic ostendit, hos timoris illos ferocitatis oblitos.[15])

Vs. 543. *Insolitae fugiunt in flumina*, quasi timentes marinam pestilentiam. — *Phocae*, vituli[16]) marini.

Vs. 544. *Interit et curvis* et reliq. exemplum dirissimae pestilentiae.

Vs. 545. *Hydri*, serpentes.

Vs. 546. *Ipsis est aër avibus* et reliq. quodammodo quae alarum velocitate supergredi aërem poterant pestilentem.

Vs. 548. *Refert*, melius est.

Vs. 549. *Magistri*, medici, studiosi huius rei.[17])

Vs. 550. *Philyrides Chiron*. Chiron centaurus, Philyrae filius et Saturni, inventor medicinae. — *Amythaonius*, Amythaonis filius, id est eiusdem matris Melampus purgator[18]), nam Proetidas purgavit[19]) lustratis vel tribus quae invenerat, tamen hoc invalescente morbo nec medicinam prodesse nec religionem.

Vs. 551. *Stygiis*, Styx apud inferos dicta.

Vs. 552. *Tisiphone*, aurora.

Vs. 555. *Arentesque sonant ripae*, vult elementa etiam pestilentiam sentire; *arebant herbae et victum se esse negabant.*[20]) — *Supini*, inaequales.

Vs. 556. *Dat*, pestilentia.

Vs. 558. *Foveis*, fossis.

Vs. 559. *Nam*, quippe neque erat coriis usus morbo putrefactis.

Vs. 560. *Aut undis* et reliq. neque lavari nec coqui poterant. Caro enim corrupta morbo quendam habet odorem, qui non potest ablui, quoniam omne possidet corpus. — *Abolere*, lavari. *Aut vincere flamma*, superposita igni aut putrefit, aut durescit, non coquitur.

Vs. 564. *Ardentes pabulae*, carnes id est carbunculi, morbus pedicularis.[21])

Vs. 566. *Sacer ignis*, genus morbi est et genus aegritudinis, quod sacer ignis vocatur fervore aërio[22]) inflammatus, quodque Graeci *ἱερὰν νόσον*[23]) vocant.

Liber IIII. georgic.

Vs. 1. *Protinus*, nunc ordinis. Protinus semper initio positum ostendit iam aliquid supradictum, nam est adverbium ordinis vel temporis. Protinus, deinceps, exinde; nunc floreum[1]) agrum *exsequar* ut exsecutus sum superiora. *Caelestia dona*, deorum munus; caelestia dona, ex caelo enim aër cadit, ex aëre dona praestantur. — *Aërii*, puri; *aërii mellis*, caelum rustici melliginem[2]) dicunt. Nolens Virgilius caeleste mel dicere aërium dixit. *Caelestia dona*, ex rore colligitur mel, quod[3]) ex aëre defluit, ante enim mel inveniebatur in foliis, ut[4]) *mellaque decussit foliis*, unde dicit caelestia dona, id est deorum munus.

Vs. 2. *Maecenas*[5]), cui scribitur hoc.

Vs. 3. *Admiranda tibi, audies*, ex rebus levibus digna stupore esse in apibus, proceres et tanta certamina.

14) omoteleecton. 15) oblitus. 16) vitili. 17) regi. 18) pugnator. 19) pugnavit. 20) cf. Aen. III, 142. 21) peduclares. 22) aeriore. 23) pannocon. 1) deflereum. 2) melligenem. 3) qui. 4) Georg. I, 131. 5) meciena s.

Vs. 4. *Magnanimos*, partitores.

Vs. 5. *Mores* et reliq. mores castitatem, ut *tantus amor laudum et generandi* [gloria] *mellis. Populos*, ut *binae regum facies ita corpora plebis. Proelia*[6]) *erumpunt portis, concurritur*[7]) *aethere in alto.*

Vs. 6. *In tenui* et reliq. magnis[8]) comparationis verbis augens dedit carmina, Iunilius dicit. — *In tenui*[9]) et reliq. tenuis est compensatio laboris, quia magnam dat[10]) gloriam, si fuerit[11]) materia exilis ornata, Gaudentius dicit.

Vs. 7. *Laeva*, prospera, secundum haruspicinam dixit sinistrum prosperum, ut in secundo[12]): *intonuit laevum*, quia sinistra nostra dextera sunt ei et dextera nostra sinistra sunt ei, ut in mus ait ab laeva rite[13]) probatum. *Vocatus Apollo*, quoniam dominus morborum est. — *Auditque vocatus Apollo*, aut quia pastoralem nominat, aut quia morborum deus est.

Vs. 8. *Principio sedes* et reliq. ubi alvearia sunt ponenda, in qua re satis perite et ea quae[14]) abesse debent, ne noceant, quibus nosse, et ea quae adesse prodesse possunt, et ideo commemorat, quia supra dixit *magnanimos*[15]) *duces*, ideoque modo intulit sedes statioque. — *Sedes statioque*, translationem diligenter reservat, statioque petenda nemo cui a fiunt apibus. *Statio*, producta o littera legere debemus statio, ut *arma virumque cano.*

Vs. 10. *Petulci*, Graece dixit id est saltatores[16]) et petulantes exsultatione. Iunilius dicit. — *Petulci* a petendo dicti, unde et meretrices petulcas dicimus, Gaudentius dicit.

Vs. 13. *Squalentia terga*, habentes. — *Lacerti*, canes iunci.

Vs. 14. *Pinguibus*, plenis; *a stabulis*, alveariis. *Meropes*, *galbeoli* ut putat Tranquillus. Hae genitores suos recondunt iam senes et alere dicuntur in similitudinem ripariae avis, quae[17]) in specu ripae nidificat, ut in libro X. ostenditur. — *Meropes*, haec merops; Merops rex, qui ob scelera ira deorum in avem sui nominis conversus est; meropes virides et vocantur *apistri*[18]), quia comedunt apes. Gaudentius dicit.

Vs. 15. *Procnē*, hirundo. Virgilius non erravit dicendo, Procnen cruentam, quoniam Procne iam filiorum sanguine fuerat maculata; haec in lusciniam est conversa, Philomela in hirundinem, et Procnen pro hirundine more suo posuit, id est sororem pro sorore. Iunilius dicit.

Vs. 16. *Ipsas*, apes.

Vs. 17. *Nidis inmitibus*, crudelibus pullis, qui apium morte nutriuntur.

Vs. 18. *Musco*, genus herbae mollissimae.

Vs. 19. *Fugiens*, currens.

Vs. 22. *Vere suo*, quasi suo tempore, quo natae sunt; hoc ex posterioribus intellegi potest, cum dicit: *ludetque favis emissa iuventas.* — *Vere suo*, quo operantur et apto favis.[19])

Vs. 23. *Ripa*, ripam umbram arboris dixit. — *Calori*, ut aestus aquarum vicinitate vitaret.

Vs. 25. *In medium* et reliq. tropus hyperbaton est, nam salicis mos sed purgatur per sinlimpsin in medium de nominativo accusativus. — *In medium* et reliqua. Ordo est: in medium transversas salices et grandia saxa pontibus.

Vs. 26. *Conice*, inebrii coice.

Vs. 27. *Pontibus*, pontes lapides dixit, qui sunt in aqua.

Vs. 28. *Pandere*, deest vel. — *Morantes*, apes tarde remeantes de pascuis.

Vs. 29. *Neptuno* pro aquis posuit. *Eurus*, ventus.

Vs. 30. *Casiae*, herbae; casia, herba, quae unguentibus miscetur.

---

6) proeliant. 7) concorritur. 8) magni. 9) intenuit. 10) qui amat nam dat. 11) fuerint. 12) Aen. II. 693. 13) ablevari te. 14) eaque. 15) magnam mos. 16) salitores. 17) qui. 18) Apud Servium apiastrae vocantur. 19) favis hec favis.

Vs. 31. *Serpilla,* herbae, *graviter* bene et multum significat; *copia,* abundantia. — *Thymbrae,* genus herbae in Phrygia abundans.

Vs. 32. *Floreat,* vigeat. — *Inriguum*, perpetuum qui currit et rigat. *Violaria,* loca herbosa; violaria id est foliorum copiam, vel violaria, ubi violae nascuntur, ut rosaria.

Vs. 33. *Ipsa,* examina; *suta,* conposita.

Vs. 34. *Texta*, textilia.

Vs. 36. *Cogit,* cohibet vel aperit. — *Remittit,* resolvit.

Vs. 37. *Utraque vis*, coloris et frigoris, utraque iniuria apibus metuenda frigoris scilicet et caloris.

Vs. 38. *Nequicquam*[20]), frustra.

Vs. 39. *Spiramenta,* exitus, foramina. — *Fuco*, herba unde vestes tinguntur[21]), vel fucus genus cerae, quo pro glutine utuntur, quae nigra est ut fucus, qui mel persequitur. *Oras*, spiramina.

Vs. 41. *Visco*, pice. *Et visco servant* et reliq. Ordo est: servant gluten, quod est lentius visco et Phrygiae pice. — *Servant* mire ait, nam pilas quasdam in alvearibus faciunt, de quibus postea creata conponunt tecta. *Lentius,* pinguius vel mollius.

Vs. 42. *Si vera est fama,* apes terram fodere posse.

Vs. 43. *Larem,* domum.

Vs. 44. *Pumicibusque cavis*, saxis, quae foramina habent. — *Exesaeque arboris antro,* quod nimio labore perficiunt.

Vs. 45. *Rimosa*, perforata.

Vs. 46. *Ungue*[22]), ne vel humus crescat, vel cavernae a sole penetrentur vel frigore.[23])

Vs. 47. *Neu propius textis taxum sine*, taxus venenata arbor, ut in bucolicis[24]): *Sic tua cyrneas*[25]) *fugiant examina taxos*, mel enim ex ea pessimum gignitur. *Sine,* imperativus modus. — *Tectis*, tecta nunc apium alvearia vocat. *Rubentes,* rubentes cancros, odore enim ipso pereunt. *Rubentes,* cum uruntur, non quod per naturam sunt huius coloris.

Vs. 48. *Neu crede paludi*, ne facile mergantur.

Vs. 50. *Offensa resultat,* resonat echo percussa. — *Imago*, quam Graeci echon vocant, et quam apes vehementer horrere manifestum est.

Vs. 51. *Quod superest,* antique dixit, id est quod sequitur. — *Pulsam hiemem,* nunc secundum physicos dicit, qui dicunt, quo tempore hiems[26]) hic, aestatem sub terris et vice versa, ut Lucretius ostendit, putealem aquam aestate frigidissimam, hieme vero tepediorem, hoc sentit et Iunilius dicit.

Vs. 52. *Sub terras,* mire dixit. — *Reclusit*, aperuit.

Vs. 54. *Metunt*[27]), secant, carpunt. *Metunt flores*, unde et messores dicti sunt. *Flores,* ex quibus primo mel, mox pullos efficiunt. — *Libant*, leviter tangunt.

Vs. 55. *Leves,* volantes. *Hinc,* dehinc. *Qua*, arcana ratione naturae.

Vs. 56. *Progeniem nidosque fovent*, audenter dixit.

Vs. 57. *Mella tenacia*[28]), quia cum ad inferiora dependant favi, mel tamen inde non infunditur[29]), unde ait *tenacia,* quae in resupinatis[30]) favis cohaerent.[31])

Vs. 58. *Caveis*, alveariis.

Vs. 59. *Nare* trans mare, in altum volare. — *Liquidam,* serenam, puram.

Vs. 60. *Mirabere,* miraberis.[32])

Vs. 61. *Contemplator,* futuri imperativus, id est observato, adspicito.[33]) — *Aquas,* quia petunt[34]) aquas dulces, ideo praedixit *tenuis fugiens per gramina rivus.*

---

20) Nequiquam, ut fere semper. 21) vesti fungujitur. 22) unge. 23) In textu Virgilii frondes, in margine adscriptum fores. 24) Eclog. VIIII, 30. 25) gryneas. 26) hiemps. 27) Metuunt. 28) tenatia. 29) Voluitne effunditur? 30) resopinatis. 31) In textu excudunt, in margine excludunt. 32) mirabiris. 33) aspicito. 34) quia quas petunt.

Vs. 63. *Phylla*, quae Graecis melisphyllon[35]), quia melli amica est. VARRO[36]) hanc herbam *apistrum* dicit, quia haec herba apibus cara. — *Cerinthae* haec herba melli amica et apibus cara Cerintha[37]) appellata ab urbe Cerintho Euboeae.[38]) *Ignobile*[39]), vile, ubique nascens.

Vs. 64. *Quate*, sona. — *Matris*, pro matris magnae, huic simile est sorti pater aequos. *Matris cymbala*, quia in eius tutela[40]) sunt, id est eo, quod similia sunt hemicycliis, quibus cingitur[41]) terra, quae est mater deorum. *More suo*, naturali ratione, cuius causa non redditur.

Vs. 68. *Incessit*, ingruit, invasit, ut alibi[42]): *incessi muros.*

Vs. 69. *Trepidantia*, alacritate pugnandi non timore.

Vs. 70. *Morantes*, tarde incedentes.

Vs. 72. Inde ENNIUS in VIII ait: *tibia Musarum pangit melos.* — *Fractos*, consonos.

Vs. 73. *Trepidae*, festinantes inter se in alvearibus. *Pinnisque coruscant*, quemadmodum milites scuta commovent. — *Coëunt*, festinant.

Vs. 74. *Aptantque lacertos*, venuste et ludens dixit.

Vs. 76. *Vocant*, provocant.

Vs. 77. *Nactae*, inebrii *nanctae* non nactae. — *Sudum*, liquidum, non proprie epitheton, nam alibi ait *umbriferum*; serenum tamen post pluvias, quod neque sudum est, neque siccum, ut in VIII[43]): *per sudum rutilare*[44]) *vident.*

Vs. 78. *Aethere in alto*, puro, non nubibus concluso.

Vs. 79. *Fit sonitus*, more bellantium. — *In orbem*, ad peritiam retulit non ad multitudinem, ut in orbem milites pugnare dicunt.

Vs. 80. *Praecipitesque cadunt*, in aliis enim bellis victi pereunt, in certamine vero apium etiam victores pereunt, nam dicturus est: *animas in vulnere ponunt.*

Vs. 81. *Glandis*, nominativus hic est.

Vs. 82. *Ipsi*, apium reges.

Vs. 83. *Ingentes animos* et reliq. STATIUS[45]): *maior in exiguo regnabat corpore virtus.*

Vs. 84. *Usque adeo*, pro usque eo.

Vs. 87. *Pulveris* et reliq. quia cum viderint pulverem, sperant tempestatem[46]), quae eis plurimum nocet.[47]) — In Corniliani[48]) *quiescent*, non quiescunt.

Vs. 88. *Ambos*, ambo iuxta ebrium.

Vs. 89. *Deterior qui visus*, non dicit, quem putabis, aut qui videbitur, sed quem videris id est quem adspicies deteriorem, ex visu enim intellegitur. IUNILIUS dicit. *Prodigus*, qui sua consumit, prodigi[49]) enim dicuntur, qui sua consumunt[50]) quasi porro agunt. IUNILIUS dicit. — *Deterior*. Deterior meliore, quia pecora mala deteriora dicuntur. GAUDENTIUS dicit. — *Prodigus*, non mella conficiens sed consumens. GAUDENTIUS dicit.

Vs. 90. *Dede*, da neci. Ideo autem regem solum praecipit occidendum, quia eo omisso suus dissipatur exercitus, nam *ut binae regum facies ita corpora plebis.* — *Vacua* id est ceteris, vel vacua ab altero non tacta; quid enim proderat si solus sine ceteris apibus esset, vel certe tale est, quale illud: sola in domo moeret vacua, nam unam refert.

Vs. 91. *Alter erit* generosus *maculis auro squalentibus ardens.* Quotienscunque Virgilius rem pulchram vult ostendere, ardentem dicit, ut[51]) *Tyrioque ardebat murice laena*, horribilem vero squalentem, ut[52]) *gerens squalentem barbam.* — *Squalentibus*, notabilibus, asperis, splendentibus.

Vs. 92. *Nam duo sunt genera*, regum dicit differentiam.

Vs. 93. *Horridus*, teterrimus.

---

35) melliphilon. 36) de re rust. III, 16. 37) cerinthas. 38) euboiae. 39) ignobolie. 40) tutella. 41) emycycli qui ingingitur. 42) Aen. XII, 596. 43) Aen. VIII, 529. 44) rutulare. 45) In cod. satius. cf. Theb. I, 417. 46) sperantem pestem. 47) q; eis p̄ uident. 48) cf. V. 120. 49) prodigui. 50) consument. 51) Aen. IV, 262. 52) Aen. II, 277.

Vs. 94. *Inglorius*, otiosus.
Vs. 95. *Binae*, duae.
Vs. 96. *Turpes*, qualis viator, talis et apis.
Vs. 97. *Terram* pro pulverem.
Vs. 98. *Et fulgore coruscant*, similia corpora indistincta habentes.
Vs. 99. *Lita*, oblita, inlita id est intincta. — *Guttis*, notis.

Vs. 100. *Haec potior soboles* ad mella procreanda. *Tempore certo*, cum oriuntur Pliades et cum occidunt, id est verno et autumno. GAUDENTIUS dicit. — *Caeli tempore certo*, sicut horas[53]) et menses, ita tempora dixit certa. IUNILIUS dicit.

Vs. 101. *Dulcia mella*, non est superfluum epitheton, quia sunt amara, ut Corsicana, sicut in Bucolicis dicimus.[54])

Vs. 102. *Liquida*, defaecata, sine sordibus. — *Domitura*, quia maiores asperrima vina mellis dulcedine temperabant.[55])

Vs. 103. *Caelo* pro aëre.

Vs. 104. *Frigida tecta* et reliq. quae non foveant, e contrario: *fervet opus;* SALUSTIUS: *frigida nocte* id est pro tempore. TERENTIUS[56]): *sine Cerere et Libero friget Venus.* IUNILIUS dicit. — *Frigida,* vacua melle, inoperata. GAUDENTIUS dicit.

Vs. 105. *Instabiles*, incertos. *Instabiles,* suadentes inanem vagandi licentiam.

Vs. 107. *Quisquam* id est militum subaudis vel de exercitu. *Altum* volare, in bella procedere.

Vs. 108. *Vellere signa*, ut ibi: *cum primum vellere signa adnuerint superi;* mos enim fuerat bellantum signa figerent[57]) ea quae moverint profectum si facile vellentium manus sequerentur[58]), prospera pugna ostendebatur, si cum conaturis tum exitium significabant, ut in historia. Sertorius effodit signa, pugnavit et victus est, vix ipse ut evaderet, Rhodanum transnatavit.

Vs. 109. *Croceis,* hic crocus et hoc crocum fit odoris et coloris optimi.

Vs. 110. *Saligna*, de salice facta, quasi simulacro ligneo.

Vs. 111. *Hellespontiaci Priapi,* quia in Hellesponto maxime colitur, nam civitas Priapus vocatur similiter et Lampsaci[59]); colitur enim omnibus magicis artibus officere inriget imbres. IUNILIUS dicit. — *Tutela Priapi,* non dicit Priapum illic esse debere, sed praecipit tales esse hortos[60]), quales qui habuere deum custodem. Priapus deus est, qui apud civitates Hellesponti colitur, de qua pulsus est propter virilis membri magnitudinem, postea in numerum deorum receptus est. GAUDENTIUS dicit.

Vs. 112. *Ipse thymum,* diligens rusticus et cultor hortorum.

Vs. 113. *Cui talia curae,* ad quem hominem pertinet huiusmodi necessitas.

Vs. 114. *Ipse*, cultor hortorum. — *Tenaces*, iuvenales, tenues; alii feraces id est fertiles.[61])

Vs. 115. *Amicos* hortis; *imbres,* aquas. — *Inriget* in iuveniles plantas.

Vs. 117. *Vela traham,* utrum navem, an aliquid significat, IUNILIUS dicit. — *Vela traham,* nunc allegorice dicit, qua in primo[62]) usus est, ut: *ades et primi lege litoris oram,* et: *pelagoque volans da vela patenti.* GAUDENTIUS dicit.

Vs. 118. *Pingues*, feraces, fecundos.

Vs. 119. *Ornaret,* inlustret; *biferi,* bis ferentis. — *Biferi Pesti*, Pestum oppidum Lucaniae, ubi rosa in anno bis nascitur.

Vs. 120. *Potis gauderent,* si hauriant aquam, gaudent. Alii *rivis*, alii *fibris.* — *Intyba*, inebrii, intuba in Corniliani.[63]) *Intuba* quod intus cava sint, quasi tuba.

Vs. 121. *Tortus*, per flexuosos[64]) anfractus.

---

53) oras. 54) Eclog. VIIII, 30. 55) temperabam. 56) terrentius, ut fere semper. 57) Voluitne figere? 58) uellenentium manus sequeretur. 59) lansaci. 60) ortus. 61) In versu Virgilii legitur feracis, in margine ut in hoc scholio tenaces. 62) Georg. II, 44. 63) Cf. infra v. 175. 64) perflexuosus.

Vs. 122. *In ventrem*, utrum in suum, an in hominis, vel *in ventrem*, in curvaturam. *In ventrem*, quod aut tumidum facit cucumis, ut ratio demonstrat, aut quod in medio latuit.[65]) — *Cucumis*, haec cucumis nominativus, huius cucuminis, sed hoc maluit poeta, quod euphoniam sequitur. Iunilius dicit; et huius cucumeris dicitur ut Gaudentius dicit. *Sera* aut tarde aut in serum. *Sero comantem*, tarde venientem et divine permanentem, sero flores habentem.

Vs. 124. *Pallentes hederas* dictum a poeta, quia pallida ora[66]) solent scribere. — *Et amantis litora myrtos*, subaudis tacuissem.

Vs. 125. *Oebaliae*, Laconicae, Tarentinae, *Terentius*[67]) ait, quas condiderunt hi[68]), qui de Oebalia venerunt, unde de Castore et Polluce ait Statius[69]): *Oebaliae fratres.*

Vs. 126. *Humectat*[70]), inrigat. — *Flaventia*, viridantia. *Galaesus* fluvius Tarentinus, vel fluvius Calabriae, qui est iuxta Tarentum, in qua hortos optimos vidisse se commemorat.

Vs. 127. *Corycium.* Corycos civitas Ciliciae, in qua antrum illud famosum pene ab omnibus celebratum, quod[71]) stadia XX circiter non longe a mari et mirabili natura, fertilissimum est rupibus circumdatum altissimis inriguisque fontibus abundans, et per transitum tangit historiam a Suetonio[72]) memoratam. Pompeius enim victis partim in Cilicia, partim in Graecia, partim in Calabria agros dedit. *Corycium* alii patrem Virgilii, alii Ciliciae montem, ubi cros nascitur. — *Memini me vidisse*, dicimus autem memini me videre auctoritate *Terentii*[73]) et reliquorum grammaticorum. *Relicti*, dimissi a patre, vel deserti atque contemti, id est quem nemo colere voluerit. Quis enim agrum non sperneret nulli rei aptum, non vitibus vel frumentis vel pascuis? Sed tamen illius beneficio factus est fertilis.

Vs. 128. *Nec fertilis illa iuvencis*, non erant apta bobus.

Vs. 129. *Nec pecori opportuna*, non potuerunt[74]) ibi pecora pasci. — *Seges* pro terra vel parte posuit. *Nec commoda Baccho*, non erant vinaria.

Vs. 130. *Hic*, senex. — *In dumis*, ubi quondam dumi fuerant.

Vs. 131. *Lilia verbenasque*, propria nomina olerum.[75]) *Premens* terram. *Vescum*, inebrii *seram*. — *Vescum* minutum vel vescum papaver id est vescendo saturum, hoc est quo vescimur alii id est enim lethaeum, quo non utimur. Vescum dicitur quicquid sine coctura manducatur; alii *ve* et *esca*, quia *ve* multa significat, id est valde. Gaudentius et Iunilius dicit.

Vs. 132. *Regum aequabat opes*, quia regum more cibis non comparatis utebatur; *animis*, putabat se regem esse.[76]) — *Revertens*, rediens.[77])

Vs. 133. *Inemptis* aut non visis[78]) aut certe non emptis, id est non emptas sed quas fecit de oleribus.[79])

Vs. 134. *Carpere*, carpebat; infinitivo[80]) enim inperfecta tempora significat more veterum, ut Probus ait.

Vs. 136. *Et glacie cursus frenaret aquarum*, mira varietas, nam supra[81]) ait: *concrescunt subitae currenti in flumine crustae.* — *Frenaret*, adstringeret.

Vs. 138. *Aestatem increpitans seram*, tarde venientem, cum iam eius carperet fructus. — *Zephyrosque morantes*, ut ostenderet primi temporis initium, Zephyrum dicit.

Vs. 139. *Ergo apibus*, ne hortos sine causa scripsisse videatur.

Vs. 140. *Primus*, praecipue; *abundare* pro abundabat. — *Cogere*, colligere.

Vs. 141. *Illic* vel *illi* id est Corycio. *Tiliae*, arbores. — *Uberrima pinus*, pinus nullum fructum fert, sed multa semina habet, hic ergo pro multa et copiosa accipienda est.

Vs. 143. *Totidem autumno matura tenebat*, non perdebat poma, quia bene colebantur.

---

65) Num patuit? 66) pallidora. 67) terrentius. 68) hii. 69) satiuo. Cf. Statii Silv. III, 2. 10. 70) Umectat. 71) quae statia XX. 72) stanio. 73) terrentii et relicorum. 74) poterunt, 75) holerum. 76) In margine var. lectio multaque pro seraque adsripta. 77) repediens. 78) Voluitne: iussis? 79) holeribus. 80) infinitiua. 81) Georg. III, 360.

Vs. 144. *Seras*, serotinas; *distulit* pro transtulit. — *In versum*, in ordinem; versus a versura dictus, quae arando et vertendo terram fit; binos enim sulcos rustici vocant versus vel bisulcios.

Vs. 145. *Eduram*[82]), valde duram id est validam. — *Spinos*, hic spinus prunorum arbor dicitur.

Vs. 146. *Platanum*, platanus umbra sua terram mitius[83]) facit.

Vs. 147. *Spatiis*, temporibus. — *Iniquis*, angustis, ut ibi: *arripuitque locum et silvis sedit iniquis.*

Vs. 148. *Aliis* Gargilium Martilem significat.

Vs. 149. *Nunc age*, Maecenas; *naturas* pro mores; *apibus*, ordo est: expediam naturas apium. — *Nunc age*, cum Iovem Saturno persequente, apes educasse videantur, quoniam naturas Iuppiter instituit[84]), verum Virgilius modeste[85]) dicit non totum, sed aliter adiunxerit.

Vs. 150. *Addidit*, necesse est ante habuisse mores proprios, dum dixit addidit, aut addidit pro dedit, compositum pro simplici. — *Pro qua*, id est gratia.

Vs. 151. *Curetum*, nutrices dicit illas apes. *Corybantia*, Corybantas ex Timo natos et Ope in insulam[86]) Cretam ad educendum Iovem missos dicunt, quorum nomina Hypero, Perochenceladon, Crantora, Patrocona, et horum sorores, Cybilen, Dianam, Asiam, Europam, Fenniri, Neuderchen, et ob hoc Corybantas vocatos, quod galeros[87]) primi sicut *canos* habuerint militares, quae adhuc *curbes* vocentur. *Secutae*, imitate. — Alii opinantur Corybantes Apollinis filios fuisse IIII numero et horum nomina Carmanara, Anaxanara, Eleutheron.[88]) Alii II dicunt Corybantas fuisse et horum nomina Montho, Calum, hosque ex lacrimis Iovis procreatos et ideo Corybantas dictos, quas[89]) nos pupillas in oculis dicimus, *κόραν*[90]) Graeci appellant. Alii Corytas[91]) dictos eo quod armis[92]) fuerint tecti; alii Corybantas et Corytas dictos putant, quod fuerint *κόροι*[93]) id est primae aetatis, quos alii nutritores, alii ministros Iovis appellant. In Glossematibus[94]) haec invenimus.

Vs. 152. *Dictaeo*, Cretico. Dicta mons in Ida Cretae est; Opis enim uxor Saturni Iovem Curetibus et Idaeis Dactylis custodiendum dedit in monte Cretae Dictaeo, ne eum Saturnus consumeret.

Vs. 154. *Urbis*, loci. — *Magnis*, aeternis. *Agitant sub legibus aevum*, quia et duces habent, nec enim saepe eos ut homines mutant.

Vs. 155. *Et certos penates*, quo debeant. — *Novere*, carissima habere, ut[95]): *hic inter flumina nota*, id est cara.

Vs. 157. *In medium*, in commune, ut ibi[96]): *in medium quaerebat.*

Vs. 158. *Victu* pro victui. *Invigilant*, figurate.

Vs. 160. *Narcissi lacrimas*, adlusit ad fabulam de puero, ut diximus, qui in florem Narcissi conversus est.

Vs. 161. *Ponunt* id est locant duriorem ceram, quae ferro vix potest frangi, quam de summis arborum ramis colligunt. *Tenacis* mella retinentes.[97])

Vs. 163. *Educant adultos fetus*, educendo adultos faciunt.

Vs. 164. *Liquido nectare*, melle. Dulci.[98])

Vs. 165. *Sunt quibus ad portas* et reliq. metaphora a tutamine civitatis.

Vs. 168. *Fucos*, genus apium sine aculeis, quod post fetus procreari[99]) dicitur in favis ad coquendum mel et ad fetus procreandos; multitudine[1]) enim sua et maiore corpore praebent calorem, quo maior eorum numeros fuerit, multo hoc maior examinum adventus et mellis copia erit, quos fucos cum mella coeperint maturescere primo vere abigunt et

---

82) Et duram. 83) Non mutandam putavi codicis lectionem mitius. 83) institui. 84) moderae. 86) ex timonatas et ope in insǒlam. 87) galeos. 88) eleutheran. 89) corybanta dictos quos nos. 90) chorum greci. 91) coritas. 92) amis. 93) cor ei. 94) glosomatibus. 95) Eclog. I, 52. 96) Georg I, 127. 97) mellare tinestes. 98) Aut varians lectio pro liquido est, aut interpretatio voc. nectare. 99) foetus procreare. 1) multitudinē.

trucidant. — *Ignavum pecus*, quod hic neque adiuvat et alienum[2]) consumit laborem. Varro ait pecus a pascendo, veteres omne animal dixerunt.

Vs. 169. *Fervet*, inebrii *fervit*.

Vs. 170. *Ac veluti Cyclopes* et reliq. Cyclopum comparatio ad festinationem pertinens solam.

Vs. 171. *Cum properant*, nondum completo opere.

Vs. 172. *Stridentia tingunt*, anceps sensus, id est stidere faciunt, ut scuta latentia condunt[3]), id est condunt et latentia faciunt.

Vs. 173. *Lacu*, aqua; *gemit*, sonat. — *Aetna*[4]), mons.

Vs. 174. *Illi* pro alii. — *Tollunt*, alii *iactant*.

Vs. 175. *In numerum*, ordine vel quasi in sonum consonum. — *Forcipe*, inebrii et *forfice*, in Corniliani[5]) forceps dictus a forno id est calido, quod calori proximus ferrum versat.

Vs. 177. *Cecropias*, sive quod Athenis apes ortae sint, sive quod ibi sit mel nobile. — *Innatus*, insitus; *urget*, premit.

Vs. 178. *Quamque* apem. — *Grandaevis oppida curae*, apibus maioribus id est senioribus, sicut senes muros tuentur[6]) et non in bella prorumpunt.

Vs. 179. *Daedala*, ingeniosa id est varia, ut[7]) *Daedala Circe*.

Vs. 180. *Minores*, iuniores.

Vs. 181. *Passim*, ad circum.

Vs. 182. *Crocumque rubentem*; Salustius neutro genere crocum dixit, ut: *in quo crocum gignitur*.

Vs. 183. *Ferrugineos*, ferrugo nigri coloris. — *Hyacinthos*, subaudis pascuntur.

Vs. 184. *Omnibus una quies* et reliq. aequaliter laborant, aequaliter feriantur.

Vs. 185. *Mane*, matutino.

Vs. 186. *Decedere*, aceptui.[8])

Vs. 187. *Tum corpora curant*, cibo reficiunt. Si de hominibus ad cibum lavacrumque[9]) pertinet, sed de apibus ad cibum[10]) tantum.

Vs. 188. *Mussant*, hic proprie mussant pro murmurant[11]), murmur enim solum quod apes refundunt. — *Limina*, alii litora.

Vs. 189. *Thalamis*, audaciter thalamis dixit.

Vs. 190. *Sopor suus*, quasi propria quies.

Vs. 193. *Aquantur*, aquam bibunt.

Vs. 195. *Cymbae*, naviculae. — *Suburram*, arenam. Suburra dicitur, qua naves onerantur ad aequum pondus, quo fortius ferant tempestatem.

Vs. 197. *Mirabere*, miraberis.

Vs. 198. *Concubitu* pro concubitui.[12])

Vs. 199. *Nixibus* pro partubus, nixus id est partus, quos Graeci ὠδῖνας[13]) vocant.

Vs. 201. *Quirites*, rectores.[14])

Vs. 202. *Aulas*, [in] metaphora perseveravit, ut quomodo regem dixit ita et aulam. — *Refigunt* id est figunt.

Vs. 203. *In cotibus*, onera vocat cotes.

Vs. 204. *Ultroque animam sub fasce dedere*, portant tantum, ut morerentur, dummodo mella faciunt. — *Fasce*, pondere.

Vs. 206. *Angusti terminus aevi*, non excedunt[15]) septennio.

Vs. 208. *At genus inmortale manet*, id est per successionem.

Vs. 209. *Domus*, familiae.

---

2) adiuvet et alienam. 3) condant. 4) aethna. 5) vide supra ad v. 120. 6) tueantur. 7) Aen. VII, 282. 8) Voluitne: a coeptu? 9) laciacrumq; 10) sede apibus cibo. 11) murimurant. 12) concubitu. 13) greci odinas. 14) Versu 200 legitur: ipse foliis, i. e. ipsae fol.; in margine adsriptum: ipsae e foliis natos et suavibus. 15) excedant.

Vs. 211. *Medus*, de Mediae gentibus Salustius dicit: *adeo illis ingenita est sanctitas*[16]) *regii nominis*, quas tamen apes dicit [superare] quae[17]) et circa regem amant mori. — *Hydaspes*, fluvius Indiae, Orosius tamen dicit de Media[18]): in medio sui Hydaspen et Arben habet.

Vs. 212. *Observant*, colunt, honorificant.

Vs. 217. *Et saepe attollunt humeris*[19]), scilicet aetate fessum. — *Et corpora bello obiectant*, pro imperatore.

Vs. 218. *Pulchram mortem*, gloriosam, quae pro rege suscipitur.

Vs 219. *Haec exempla*, iuxta opinionem Stoicorum dicit, qui divinum spiritum in omnia diffusum esse dicunt.

Vs. 220. *Partem divinae mentis*, traxit hoc de Celtiberorum [doctrina], quod[20]) partem divinae mentis habeant, nam ex IIII elementis et divino spiritu constant[21]), a terra carnem[22]), ab aqua humorem, ab aëre halitum[23]), ab igni calorem, a divino spiritu ingenium, quod est et in hominibus et apibus, namque metuunt, cupiunt[24]), dolent, gaudent; haec probantur ex his, quae faciunt, dimicant enim, colligunt flores, praevident pluviam. *Haustus*, spiritus.

Vs. 221. *Aetherios*, divinos. *Deum*, utrum deum divinum spiritum, an naturam rerum id est primam mundi potestatem. *Deum*, animam exdō. — *Deum namque ire per omnes*, Lucanus ait[25]): *Iuppiter est quodcunque vides, quodcunque moveris.*

Vs. 222. *Terrasque* et reliq., sive latitudinem sive longitudinem dicit terrae et maris. Haec plenius in VI[26]) prosequitur.

Vs. 224. *Arcessere*, ducere; *vitas*, animam.

Vs. 225. *Huc reddi* rursus in originem suam.

Vs. 226. *Morti*, perditioni. *Sed viva volare*, quia ad sidera migrat anima.

Vs. 227. *Sideris* pro siderum.

Vs. 228. *Augustam* id est sanctam, proprie cum augurio consecratam vel exploratam, abusive nobile.

Vs. 229. *Relines*, aperies, quia prius limo propter hiemem ac glutine clauduntur. — *Sparsus*, participium praeteriti temporis.

Vs. 230. *Ore fave* ipsos haustus[27]) vel *ore fave* id est cum silentio accede[28]) et omnia bona tecum habe, ut in pontificalibus: *favete linguis.* — *Sequaces*, volatiles, quia omnia penetrant.

Vs. 231. *Bis*, gemina est fecunditas mellis. *Duo tempora* apium. — *Messis*, fructus. Iuvenalis vere messes dicit.[29])

Vs. 232. *Taygete* in Graecia. *Taygete*, mira varietas, nunc una sorore omnes sorores vult intellegi nominatas a Pliade matre. Atlantis enim et Pliadis filiae numero VII, quas scripsit *Aratus.* Harum nomina: Merope, Asterope, Alcyone, Electra, Maia, Celaeno, Taygete. In Glossematibus[30]) haec nomina inveni. — *Ostendit* id est oritur.

Vs. 233. *Plias*, sidus quod decimo mense oritur. — *Retulit*, oritur, alii reppulit.[31])

Vs. 234. *Eadem*, stella. — *Fugiens*, alii *surgens*[32]). *Ubi piscis aquosi*, Novembri mense, quo tempore Pliades occidunt, tunc piscis oritur.

Vs. 235. *Tristior* propter occasum vel propinquante hiemis asperitate. — *Hibernas caelo descendit in undas*, hiemis tempore occidit.

Vs. 236. *Illis*, apibus; *ira modum supra est*, ira supra modum est.

Vs. 237. *Morsibus inspirant*, tacta enim est illis animositas. — *Caeca*, brevia, quae possunt latere.

---

16) est. scithas. 17) dicit qui. 18) demidia. 19) umeris. 20) celtiberorum quod. 21) constat. 22) canem. 23) alitum. 24) copiunt. 25) VIIII, 580. 26) Aen. VI, 724—738. 27) hustus. 28) accide. 29) messes dr̄. 30) glosomatibus. 31) reppulit in versu Virgilii scriptum, in margine rettulit pro var. lect. adscriptum. 32) aliis urgens.

Vs. 238. *Adfixae*, apes. *In vulnere* non suo, sed a se inlato. — *In vulnere ponunt,* ASPER dicit: in carcerem mitto, sed quoniam bonae partis in ablativo ponitur, ponit, posuit, positurus est nullum modum habent, nam legimus: *animasque in vulnere ponunt,* non dixit in vulnus aut in vulnera; quamlibet de morte dixit, bene tamen usus est.

Vs. 239. *Parces*, consulis. — *Futuro,* utrum[33]) tempori an melli?

Vs. 240. *Et res miserabere,* ne pereant tibi[34]) inopia; *fractas,* adflictas.

Vs. 241. *Suffire*, fumigare, ut inimica animalia fugiant. — *Inanes*, sine melle.

Vs. 242. *Ignotus,* ignobilis, alii *ignotos* id est oculis. — *Adedit,* consumit.

Vs. 243. *Stellio*[35]), avis. — *Blattis,* vermibus per noctem vagantibus.

Vs. 244. *Inmunis*, expers laboris.

Vs. 245. *Crabro,* qui possit illas vi non animositate superare. — *Inparibus armis,* inaequali consilio; *armis,* consiliis, ut: *quaere conscius arma*, id est consilia.

Vs. 247. *Aranea casses.* Aranea puella lanificii perita nimia exsultatione inproba opus suum Minervae praetulit. Hanc dea in araneam vertit deditque ei, ut opere quo gaudebat non desineret fatigari. Haec laqueo vitam finivit, inde casses in alto suspendit; et notandum aranearum texta casses dicta, cum casses proprie dicantur quidam sinus[36]) ex modico reti facti, qui in vicem laqueorum feras decipiunt, ut ibi *non cassibus ullis.*

Vs. 250. *Foros* alvearia dicit, cum proprie fori navium sint.

Vs. 254. *Alius color,* pallidus. *Vultum*, alii vultu, id est pro corpore, hoc est habitudine.

Vs. 255. *Luce,* vita; *luce carentum*, mortuorum.

Vs. 256. *Exportant*, efferunt. — *Et tristia funera* cum exsequiali pompa. *Ducunt*, ducere proprie funerum est.

Vs. 257. *Pedibus connexae*, pedibus invicem se tenent.

Vs. 260. *Tractim,* per ordinem, id est sine intermissione, iugiter.

Vs. 261. *Frigidus ut quondam* et reliq. usque *ignis* tres comparationes in singulis completae versibus de Homero translatae sunt, quas ille binis versibus posuit.

Vs. 262. *Sollicitum,* turbatum, iactatum a loco. *Stridit*[37]) proprie matres dicimus.

Vs. 263. *Ignis*, deest sic coeperit languere.

Vs. 264. *Galbaneos,* Galba civitas est. — *Odores,* quibus delectantur apes.

Vs. 266. *Vocantem,* invitantem.

Vs. 267. *Proderit,* mellis infusio. *Tunsam*[38]), manui. — *Gallae,* genus herbae. *Saporem,* cuius dulcedine apes delectantur.

Vs. 268. *Arentes*, siccas.

Vs. 269. *Psythiae passos*[39]), passum facere de vite. *Psythia* pro quolibet[40]) passo dixit, usus specie pro genere. — *Passos,* siccos.

Vs. 270. *Cecropium,* Graecum; *grave*, graviter.

Vs. 271. *Flos,* quem Graeci mellisphilon vocant. *Amello,* herba sive silva, quae iuxta Mincium nascitur.

Vs. 272. *Facilis*, cito invenitur. — *Quaerentibus*, herbariis.

Vs. 273. *Ingentem*, ingentem silvam huius herbae, quam amellum vocat. Haec ex gentili notitia novit, plura enim iuxta Mincium nascuntur. — *De cespite*, de stirpe.

Vs. 275. *Violae sublucet purpura,* ostendit purpurei coloris folia quodam nitore esse[41]) perfusa. — *Sublucet,* idem aliis. Nigrae, sunt enim nigrae et candidae violae.

Vs. 276. *Torquibus*, de coronis flexuosis.

Vs. 277. *Tonsis,* depastis, vel *tonsis* messis, compositis, directis non silvosis.

Vs. 278. *Amellae,* civitas vel fluvius Campaniae, vel Amellae flumen vicinum Brixiae. IUNILIUS dicit. — *Amellae,* Amella ut alii fluvius Galliae, unde et Amella et melli ut in anni dem anno. GAUDENTIUS dicit.

---

33) utriū. 34) cibi. 35) Stelo. 36) finus. 37) stridi. 38) tonsam. 39) psithiae possos. 40) qua libet. 41) in rore esset.

Vs. 279. *Baccho*, vetustissimo vino, non quod alii oleri.[42])

Vs. 280. *Pabula*, alimenta.

Vs. 281. *Sed si quem* id est proderit.

Vs. 282. *Nec* enim potes implere.[43])

Vs. 283. *Arcadii*, Aristaei Apollinis et Cyrenes[44]) filii; hic enim iuxta fabulam, quam FRONTO poeta descripsit[45]), originem gignendarum apium primus invenit. IUNILIUS dicit. — *Arcadii magistri*, Aristaei. Aristaeus filius Apollinis et Cyrenes nymphae, maritus Autonoes, pater Actaeonis.[46]) GAUDENTIUS dicit.

Vs. 284. *Pandere*, ostendere. *Caesis*, caedi, occidi, verberari.

Vs. 285. *Insincerus*, inmundus, corruptus, vitiatus, vel insincerus valde sincerus. — *Tulerit*, creaverit.

Vs. 287. *Pellaei Canopi.* Canopus civitas in Aegypto iuxta Alexandriam dicta quasi Canobus[47]) a Menelai gubernatore ibi sepulto, ac locus ex eo cognominatur Pellaei Canopus.[47]) — *Canopi*, urbs in Aegypto, vel Canopus[48]) civitas Boeotiae[49]), patria Philippi, patris Alexandri.

Vs. 288. *Nilum*, Nilus quasi ἰλύς[50]), id est limus, hoc est Nilus trahendo limum dicitur, qui ante Indus, Latine Melo dicebatur.

Vs. 289. *Phaselis*, genus navium picturatarum[51]) sicut Phaselus[51]) ille, quem aiunt[52]), auctorem esse navium celatarum, quem habuit hospes Serenus. IUNILIUS dicit. — *Phaselis*, brevibus naviculis, quibus utuntur circa Nili stagna. GAUDENTIUS dicit.

Vs. 290. *Persidis*, regio est Persarum. — *Urget*, id est urget Persis.

Vs. 291. *Et viridem Aegyptum nigra fecundat arena*[53]), qui fecundat[54]) terram.

Vs. 293. *Usque ab Indis*; illi ablativo casu iungebant, quod[55]) nos tantum accusativo iungimus. — *Coloratis*, nigris. *Devexus* pro deorsum currens; Nilum enim ex Aethiopia oriri dicunt.

Vs. 294. *Omnis in hac certam* et reliq. Sciendum est ut PLINIUS[56]) dicit, quod ex iuvencis apes, ex equis crabrones, a mulis fuci, de asinis vespae procreari ab hominibus possunt. — *Salutem* apium reparandarum.

Vs. 295. *Exiguus* ad sustinendum cadaver bovis.

Vs. 296. *Imbrice*, fenestra. *Angusti imbrice.* Licet hic imbrex dicamus, tamen quidam[57]) ait: *fregisti imbrices meas.* Imbrices fenestrae, quae ex obliquo lumen effundunt, ut in horreis fiunt.

Vs. 297. *Premunt* coloni. *Artis*, angustis.

Vs. 299. *Bima*, duorum annorum, vel tropice dicit.

Vs. 301. *Multa*, nomen pro adverbio. — *Obsuitur*, circumcluditur, truditur; alii *obstruitur*, id est spargitur.

Vs. 302. Figurate loquitur.

Vs. 303. *In clauso*, loco clauso. — *Ramea*, fracta de ramis.

Vs. 304. *Recentes*, statim carptas.

Vs. 305. *Zephyris primum* et reliq. veris tempore.

Vs. 307. *Tignis*, trabibus.

Vs. 309. *Modis animalia miris*, miris modis, quod ex cadavere animalia nascuntur et quod apes ex vermibus procreantur.

Vs. 310. *Trunca pedum*, sine pedibus. *Primo*, bene dicit primo.

Vs 313. *Sagittae.* Parthi[58]) prae omnibus armis sagittas habent.

Vs. 314. *Leves*, veloces. *Leves* id est leves ac mature.[59]) Sagittarii enim sunt Parthi.

---

42) holeri. 43) In textu revocetur. in margine pro var. lect. renovetur. 44) Cyrenis, et sic semper. 45) describsit. 46) aeteonis. 47) canobos. 48) canopos. 49) boetie. 50) *NEΛΛT.* 51) picturā sicus phasillus agiunt. 52) agiunt. 53) harena. 54) fecunda terram. 55) quos. 56) plenius. 57) Plauti Mil. glor. II, 6, 24. 58) parchi. 59) as maturae.

Vs. 315. *Extudit*, extulit, studiose reperit. Alii *extundit*.

Vs. 316. *Unde nova ingressus*, hos ingressus, id est exordium experientiae nullo docente. — *Experientia*, id est industria et vera[60]) ratio.

Vs. 317. *Pastor Aristaeus*[61]) et reliq. Aristaeus[61]) filius Apollinis et Cyrenes nymphae, filiae Penei fluminis Thessaliae[62]), qui cum Eurydicen[63]) nympham violaret[64]) et uxorem habere vellet illa[65]) fugiens a serpente percussa est, inde iratis nymphis auxilium matris exquisivit. — *Peneia*, Thessaliae[62]) montes. *Tempe*[66]), loca voluptuaria.

Vs. 319. *Extremi*, summi. *Sacrum*, sacrum amnem[67]) religi, sed se dixit, cuius filiam deus amavit.

Vs. 320. *Parentem*, matrem.[68])

Vs. 321. *Gurgitis*, Penei fluminis.

Vs. 322. *Ima*, fundamenta. *Tenes*, possides.

Vs. 323. *Si modo* id est tantum. — *Pater est* mihi.

Vs. 324. *Invisum fatis*, inimicissimum[69]), cuius exitum fata peragunt. — *Aut quo tibi nostri* et reliq. invidiam facit, ut misericordiam consequi mereatur.

Vs. 327. *Quem mihi vix frugum*[70]) et reliq. bene arare et bene pascere pecora, nam ingenti honore fuit rusticatus.[71]) — Pecorum.

Vs. 328. *Te matre*, invidiose propter te perdidi. *Reliquo*, cumulat questus, ut[72]) magis flectat.

Vs. 329. *Felices*, fertiles.

Vs. 330. *Fer*, infer. *Interfice*, nove dixit *interfice*, quod significat interire messes [fac]; non[73]) proprie dixit. Iunilius dicit. — *Interfice messes*, quasi messi[74]) anima sit hominum, vel animam habere secundum Pythagoram[75]), qui omnia crescentia animam habere dicit. Gaudentius dicit.

Vs. 331. *Taedia*, taedium est augurium[76]) mortis et animi non corporis valetudo.[77]) — *Laudis*, dictionis.

Vs. 334. *Milesia*, pretiosa, quasi Milesia lana mollior sit.

Vs. 335. *Hyali satura*, hyali vitreo, albo, rubenti; duo purpurae genera, una caerulea, quae et ferruginea dicitur, altera rubra, quae pretiosa est, ergo hyali vitro albo. — *Saturo*, rubeo, *saturo* largo, abundante vel certe a Satureo[78]) oppido, quod est iuxta Tarentum.

Vs. 336. *Drymoque Xanthoque* et reliq. nomina nympharum haec[79]) sunt, de quibus Iuno ait: *sunt mihi bis septem praestanti corpore nymphae*, vel magis conficta nomina poëtice de officiis, in aliis virginitas, in aliis pulchritudo formae et reliqua varie commemorantur. — *Drymoque Xanthoque* et reliq. non ut alii nomina herbarum, quibus lana fuscatur, vel conficta nomina poëtice, ne procrearet fastidium hominum in eis. Haec accipiemus.

Vs. 339. *Cydippe*, nympha. — *Lycorias*, mympha.[80])

Vs. 340. *Lucinae* id est Minerva.

Vs. 341. *Clio*, nympha. — *Beroë*, nympha.

Vs. 342. *Incinctae pellibus*, venatricum habitum.

Vs. 343. *Opis*, nympha. *Asia Deiopea*[81]), nympha.

Vs. 344. *Arethusa*, una de nymphis, comes Dianae, sagittarum perita et venationis, ideo velox dicitur; at ubi Alphei fluvii amore[82]) vitiata est, reiecta a Diana ad elementum[83]), unde nata est, rediit.

Vs. 345. *Inter quas curam*, definitio amoris. — *Clymene*, nympha. *Curam narrabat inanem*, quidam distingunt Vulcani curam inanem; maiorem zelotypiam[84]) intellegamus.

---

60) vere. 61) aristheus. 62) thesaliae. 63) earidicen. 64) volaret. 65) uxorem holare nolens illa. 66) Temper ptur tempe loca. 67) aemnēm. 68) In textu Virgilii adfatis, in margine adfatus adscriptum. 69) animicissimum. 70) frigum. 71) rusticatas. 72) quaestus in. 73) messes non. 74) messis. 75) philagoram. 76) augūr. 77) ualitudo. 78) astar so. 79) hae. 80) nymen. 81) deipea. 82) et ubi albei fluvia more. 83) elimentum. 84) zelotipi.

Vs. 346. *Vulcani Martisque dolos et dulcia furta,* dolos ad Vulcanum, furta dulcia ad Martem referenda, quod Sole indicente Mars per Venerem et artem Vulcani religatus est catenis. — *Dulcia furta*, quia amor dulcedinem maiorem adulteri quam mariti habet.

Vs. 347. *Vel Chao,* ab initio. — *Chao*, quae[85]) amabat Apollinem, ex quo suscepit filium Aristaeum; et deorum amores narrabat.

Vs. 348. *Carmine*, amatorio, *captae,* nymphae, *fusis,* fucatis. — *Pensa,* opera.

Vs. 349. *Devolvunt*, rotant, nent.

Vs. 351. *Sed ante alias,* quasi velox. *Arethusa* de Lydia.[86])

Vs. 353. *Et procul* ait. Procul duo significat, id est prope et longe, frustra, nequicquam[87])

Vs. 354. *Cyrene,* de Thessalia[88]); soror honorifice dicit propter similem potentiam. — *Tua maxima cura,* quem plurimum diligis.

Vs. 355. *Tristis Aristaeus*, bene dixit tristem, ut magis matrem sollicitam reddat. *Genitoris,* Iunilius dicit non sui genitoris sed matris[89]) Cyrenes. — *Penei,* proprie pro appellativo utitur dicens *Penei.*

Vs. 356. *Et te crudelem,* tardum misericordiae genus est, eo tempore subvenire, quo crudelis coeperit audiri. *Nomine dicit,* appellat.

Vs. 357. *Huic*, Aristaeo vel Arethusae. — *Nova,* magna, ut[90]): *Pollio et ipse facit nova carmina.*

Vs. 358. *Divum,* id est eorum, unde natus est.

Vs. 360. *Flumina,* quae illi non paterent[91]), nisi illa voluisset. — *At* vel *ad illum,* Aristaeum.

Vs. 361. Hunc versum ex Hesiodi γυναικῶν καταλόγῳ[92]) transtulit.

Vs. 364. *Lacus*, lacus sunt fontium et fluviorum receptacula.

Vs. 366. *Omnia* et reliq. intulit poëta, quae naturalia sunt miracula, ut ostendat in inferioribus omnia structiora esse. Haec non licentia[93]) poëtica sunt, sed ex Aegyptiis tracta. — *Terra*, ripa.

Vs. 367. *Phasim*, flumen Scythiae id est Colchidis. — *Lycum,* fluvius Arcadiae vel Asiae.

Vs. 368. *Erumpit,* tollit. — *Enipeus*, fluvius Thessaliae.[94])

Vs. 369. *Tiberinus,* fluvius Italiae. *Aniena fluenta,* Anio Italiae fluvius.

Vs. 370. *Hypanis*, fluvius, forsan Italiae. *Mysus,* fluvius Moesiae.

Vs. 371. *Et gemina,* deest unde.

Vs. 372. *Eridanus* et reliq. Eridanus, qui et Padus, ideo sic laudatur seu quod fluviorum Italiae sit maximus, seu quod receptus sit in caelo.

Vs. 373. *In mare,* in Adriaticum mare iuxta Ravennam fluit. — *Purpureum* epitheton Graecum est; *purpureum,* nigrum, quia purpureum nigrum est.

Vs. 374. *Pumice,* lapide.

Vs. 375. *Nati,* Aristaei. *Inanes* nunc leves et qui matri imputari non possunt.

Vs. 376. *Manibus* et reliq. rite secundum morem epularum.

Vs. 377. *Germanae*, sorores.

Vs. 378. *Reponunt,* saepe offerunt vel proponunt. Reponere, iterum ponere aut recondere, sicut in consuetudine dicimus.

Vs. 379. *Panchaeis,* Arabicis, ture conatis, ut ibi: *totaque turiferis Panchaia pinguis arenis.*

---

85) quē. 86) In textu Virgilii: opstipuere, in margine pro var. lect. adscriptum: exsiluere. 87) nequiquam. 88) thesalia. 89) genitoris matris sed cyrenis. 90) Eclog. III, 86. 91) paterentur. 92) In cod. hesiodi gynecon vel gyneon transtulit. Quod si recte emendavi, hoc fragmentum adiiciendum est fragmentis 140, quae huius catalogi Marckscheffel collegit. 93) liceune. 94) thesaliae.

Vs. 380. *Carchesia*, genus poculorum, vel Carchesus[95]) regio, in qua vinum optimum fit. — *Maeonii* Graeci id est Lydii.[96]) *Bacchi*, Iunilius dicit: [ante] Bacchi[97]) potest distingui.

Vs. 381. *Libemus* i. e. diis sacrificemus.

Vs. 382. *Oceanumque patrem rerum*, nam ipse pater omnium, ut multi philosophi dicunt ex aqua existere, alii ex igni.

Vs. 383. *Centum*, finitum pro infinito dixit. — *Servant* pro colunt.

Vs. 384. *Liquido*, puro; *nectare*, vino. — *Vestam*, ignem.

Vs. 385. *Ter flamma*, magis flamma convaluit, quod bonum erat omen. Hoc et Ciceroni dicitur factum.

Vs. 386. *Firmans*, stabilitans.

Vs. 387. *In Carpathio*[98]), Carpathus insula iuxta Aegyptum, ad quam vicinum pelagus Carpathium dicitur. Hic aliquando regnavit Proteus[99]) relicta Pallene, civitate Thessaliae[1]), ad quam reversus est postea.

Vs. 388. *Proteus*, Callietis puer.

Vs. 390. *Hic*, prolis. — *Emathiae portus*, Thessalicos, id est Macedoniae. *Patriamque revisit*, bene propriorem deum extentiorem facit.

Vs. 391. *Pallenen*, insula iuxta Athon, vel locus in Macedonia.

Vs. 392. *Nereus*, deus maris. *Novit*, id est Proteus.

Vs. 393. *Ventura*, futura.

Vs. 394. *Neptuno*, Homerice dixit, qui Neptuno beneficia caelestia distribuit.[2]) Neptunus, deus maris. *Visum*, placitum; visum est de magnis potestatibus dicimus.

Vs. 395. *Turpes*, grandes. — *Phocas*[3]), delphines, vel quaedam animalia marina, quae dicuntur vituli maris, vel boves maris.

Vs. 396. *Hic*, Proteus; hoc totum Homerice dixit.

Vs. 397. *Expediat morbi causam* et reliq. duo in morbis requirenda, causa et remedium.

Vs. 399. *Vim duram*, dum non flectes orando.

Vs. 400. *Doli inanes* id est formarum varietas. — *Demum frangentur* id est novissime desinent doli.

Vs. 401. *Cum sol*, fere enim tunc numina videntur. Lucanus[4]) ait: *medio cum Phoebus in axe est, sacerdos accessum dominumque timet deprendere.*

Vs. 403. *Senis*, fere omnes dii maris senes sunt, albent enim eorum capita[5]) spumis.

Vs. 404. *Adgrediare*, adgrediaris. — *Ut somno*, bene deum capere volens tempus elegit.

Vs. 406. *Species*, facies.

Vs. 407. *Tigris*, bestia saeva.

Vs. 408. *Flammae sonitum*, flagor incendium; fragor sonitus.

Vs. 412. *Tantum*, alii dicunt *tantum*, alii *tanto magis*.[6]) Iunilius dicit: quanto legitur et tanto.

Vs. 414. *Mutato*, eo scilicet, in quod se transfiguraverat.

Vs. 415. *Haec ait*, Cyrene.[7]) — *Ambrosiae*, ambrosia cibus est deorum; *odorem*, divinum odorem.

Vs. 416. *Perduxit*, perunxit, ut possit olivetum[8]) odorem perferre et quo possit videndi numinis capax esse.

Vs. 418. *Specus*, hic specus et hoc specus dicitur.

Vs. 420. *Scidit*[9]), effundit; *reductos*, longos.

---

95) carthcsus. 96) ludi. 97) dicit bachi. 98) In textu Virgilii: carphacio, in margine: alii in carpathio. 99) protheus. 1) thesaliae. 2) Voluitne: attribuit? 3) In textu Virgilii: turpis focas. 4) Luc. III, 423. 5) caprea. 6) In textu Virgilii tanto, in margine tantum. 7) cinere. 8) Voluitne olentem. 9) Sic in cod. scribitur.

Vs. 421. *Deprensis*, periclitantibus. — *Olim* pro aliquando; olim tria tempora continet.

Vs. 422. *Obice*, obiectione.

Vs. 423. *Iuvenem*, Aristaeum. *Hic iuvenem in latebris* et reliq. quomodo Proteus aliis praedicit futura, cum sua praesentia ignoret[10])? Stoici dicunt, quod non licet diis sua ante scire. — *Aversum lumine*, paullum obliquum a lumine.

Vs. 425. *Torrens*, conburens. *Indos*, populos subsolanos. — *Sirius*, stella una est, quia si plures sidus dicitur. Saturnus stella, quia una est, Iuppiter stella, quia una est, Hyades sidus, quia multae sunt. Sirius stella est in ore canis, per quam nimios aestus accipimus.

Vs. 426. *Hauserat*, tenuerat, acceperat[11]), ut *ille impiger hausit spumantem pateram.*[12]) — *Cava*, alta, ut LUCANUS[13]): *Deseruere cava tentoria.*

Vs. 429. *Consueta*, hic a passivo, ut SALUSTIUS: *in Gargitha anima consueta libidinem continuit.*

Vs. 431. *Rorem*, aspergine maris.

Vs. 433. *Olim*, vel praeteriti, vel medii temporis est.

Vs. 439. *Cum clamore ruit magno* et reliq. hic inpatientes hominum mentes poëta docet.[14])

Vs. 440. *Suae artis*, suarum praestigiarum.

Vs. 443. *Pellacia*, astutia.[15])

Vs. 444. *Hominis ore locutus*, humana voce.

Vs. 445. *Nam quis* pro quisnam admiratione dixit.

Vs. 446. *At ille* dicit.

Vs. 447. *Scis*, tu scis et adventus mei causam. — *Proteu*, vocativus Graecus; alii *quicquam* legunt.[16])

Vs. 448. *Deum praecepta secuti*, matris scilicet; bene ad preces redit, nec auctoritatem violentiae suae fecit.

Vs. 449. *Venimus* pro matre. — *Quaesitum*, gerendi verbum.[17])

Vs. 450. *Vi*, necessitate.

Vs. 451. *Ardentes*, ardet plura significat, ut: *ardet apex capiti*, festinat, ut: *ardet adire fugam*, hic tamen ira et indignatione accensos oculos vult significare.

Vs. 452. *Ora resolvit*, licet rogatus, invitus tamen loqui coepit.

Vs. 453. *Nullius*, alicuius. *Numinis irae*, non alicuius numinis irae, sed peccatum tuum.

Vs. 454. *Magna lues*, non lues conmissa, sed crimen, quod necesse sit maxima lue expiari. — *Miserabilis*, qui miseratione dignus sit.

Vs. 455. *Haud* nec haud quaquam, non sine causa. — *Haud quaquam ob meritum*, id est non tales quales mereris, nam eius uxori causa mortis fuisti. *Ni fata resistant*, inferret digna supplicia, nisi fata prohiberent.

Vs. 456. *Rapta*, quantum ad tuum conatum rapta.

Vs. 458. *Moritura* post morsum. — *Hydrum*, fluvium Thraciae[18]) vel verius serpentem. *Puella*, tenera, delicata, misera.

Vs. 459. *Servantem*, custodientem, tenentem.

Vs. 460. *At chorus aequalis*, chorus aequalium. — *Dryadum*, nympharum; *supremos*, excelsos.

Vs. 461. *Rhodopeïae arces*, montes duo.[19])

Vs. 462. *Pangaea*, loca Thraciae[18]); *Mavortia tellus*, loca in Thracia.[20]) — *Et Rhesi*, prolepsis[21]) ex persona poëtae, quo enim tempore Orpheus fuit, nondum Rhesus regnabat in Thracia.[20])

---

10) ignorat. 11) acciperat. 12) patertem. 13) I, 396. 14) In textu Virgilii vinclis, in margine: alii manicis. 15) In textu Virgilii pellacia, sed supra scriptum: t. f., id est: vel fallacia. 16) Id est pro dativo cuiquam. 17) quaesitum in textu Virgilii; in marg. at, i. e. alii, quesitum. 18) trachiae. 19) monstraduae. Fortasse scribere voluit: mons Thraciae. 20) trachia. 21) proleumpsis.

Vs. 463. *Getae*, Thraces. *Hebrus*, pater Orphei, vel Hebrus fluvius Thraciae 22) gelidissimus. — *Actias Orithyia*, Atheniensis, quam Boreas in suum matrimonium rapuit.

Vs. 464. *Ipse*, Orpheus; *cava testudine*, periphrasis 23) citharae, cuius usus repertus est hoc modo. Regrediens Nilus in suos meatus animalia multa reliquit, quae cum putrefacta fuissent et nervi in eis remansissent, percussi a Mercurio sonum dabant et ad eius imitationem cithara est conposita. — *Aegrum amorem*, moestum atque deceptum. *Testudine*, lyra scilicet.

Vs. 465. *Solo*, deserto.

Vs. 466. *Veniente die*, mane. — *Decedente*, sero. *Canebat*, Orpheus.

Vs. 467. *Taenareas*, infernas, vel promontorium Laconiae est; est iusula, unde animae dicuntur ad inferos descendere. — *Ditis*, inferni.

Vs. 468. *Caligantem*, obscurum. — *Lucum* propter Gallum Luciscum 24), poëta, qui novis studere volens ab Augusta occisus est.

Vs. 469. *Ingressus* et rel. Haec omnia ad laudem citharae pertinent.— *Tremendum*, timendum, horrendum.

Vs. 470. *Nescia* et reliq. ad exitum futurae rei respicit.

Vs. 471. *Erebi*, inferni. *Imis*, de interioribus tenebris inferni.

Vs. 472. *Umbrae ibant* et reliq. non animalia sed animae senserunt dulcedinem cantus. *Luce*, vita. — Philosophi dicunt, omnium rerum imagines esse apud inferos. 25)

Vs. 473. *Quam multa*, simulacra, quia multa folia. — *In foliis*, alii in fluviis.

Vs. 474. *Agit*, cogit.

Vs. 476. *Magnanimum*, magnanimorum.

Vs. 478. *Arundo* 26), palus.

Vs. 479. *Cocyti*, inferni; *tarda*, pigra. — *Cocytus* interpretatur luctus, styx tristitia. 27)

Vs. 480. *Novies*, adverbium numeri. *Styx*, palus 28) seu infernus; *coërcet*, separat.

Vs. 481. *Leti*, mortis. 29)

Vs. 482. *Caeruleos*, nigros. *Inpexae*, ornatae. 30)

Vs. 483. *Eumenides*, nymphae seu coiugales. — *Cerberus*, canis Orci regis Molossus.

Vs. 484. *Ixionii*, profundi. Ixion, rex Lapitharum 31), socerum suum interficit et ab Iove in caelum receptus Iunonem stuprare coepit et conpellare, et ob hoc inter eiectus reliolere coevit ideoque ad rotam lgatus in inferno volvitur. — *Constitit orbis*, causa volubilitatis quievit. 32)

Vs. 488. *Incautum*, non cogitantem rei eventum. *Dementia cepit amantem*, epitheton est amantis.

Vs. 489. *Ignoscenda*, indulgenda, quia amoris causa hoc fecit; *ignoscenda*, participium sine verbi origine. — *Manes*, dii.

Vs. 490. *Luce sub ipsa*, prope lucem.

Vs. 491. *Victusque animi*, praestans animi, id est amore, *respexit*, Orpheus. — *Victus*, amore; *respexit*, commisit legem.

Vs. 492. *Effusus labor*, id est tacendi.

Vs. 493. *Foedera*, pactio vel praeceptum; dicta enim fuerat lex, ne post se respiceret. Fabula talis. Aristaeus, cupidus pastor, filius Apollinis et Cyrenes persecutus Eurydicen in prato flores legentem intermixtamque nymphis, volens eam stuprare, illaque fugiens concubitum serpentem non devitavit, et ei causa mortis fuit. Deinde Orpheus, coactus desiderio coniugis, descendit in infernum lenire Ditem et Proserpinam, ut possit Eurydicen ad superos reducere, et hoc accepta lege impetravit, si non ante respexisset, quam ad superos pervenisset, et inritum fecit suum laborem. Hoc per somnium tantum visum est, ut puto, sed ridiculosa gentilitas fingit falsa. GAUDENTIUS dicit. 33)

Vs. 494. *Illa*, *quis* et reliq. dolor enim non potest contineri.

Vs. 496. *Natantia*, morientia.

Vs. 497. *Ingenti*, perpetua.

Vs. 498. *Non tua*, praedixit enim: *Eurydicenque suam.*

Vs. 500. *Diversa*, in diversa loca. — *Diversa*, quae teneri 34) non poterat rupto foedere leges vicerat.

Vs. 502. *Portitor Orci*, Cerberus.

Vs. 503. *Obiectam*, obpositam.

Vs. 504. *Quid faceret*, subaudis ignorabat. — *Ferret*, Orpheus.

Vs. 506. *Stygia*, inferna; *cymba*, navicula.

Vs. 508. *Strymonis*, fluvius.

Vs. 510. *Agentem*, vocantem. 35)

Vs. 511. *Philomela*, cuius fabulam saepe scripsimus 36) et hic avis, et speciem pro genere posuit. — *Moerens*, lugens; *Philomela*, proprium nomen avis vel mulieris.

---

22) trachiae. 23) perifrasis. 24) lucis cum. Cornelius Gallus intelligendus est. 25) Philosophi — inferos, a manu rec. adscripta esse videntur 26) harundo. 27) Cocytus — tristitia, a manu sunt adscripta recentiore. 28) plausseu. 29) loeti, mortes. 30) In textu Virg. amplexae crinibus, in margine pro var. lect. innexae. 31) laphitarum. 32) qui euic. 33) In textu Virgilii auditus auerni, in marg. var. lect. auditur auernis adscriptum. 34) tenere. 35) Vs. 509. in textu Virg. sub autris in marg. at. astris, id est: alii astris. 36) scribsimus.

Vs. 512. *Durus*, inmiserabilis, ut: *durus Ulixes.*

Vs. 514. *Flet noctem*, iugi 37) nocte, continuo fletu.

Vs. 515. *Integrat*, renovat. 38)

Vs. 516. *Animum*, Orphei.

Vs. 517. *Hyperboreos*, loca frigida, quia 39) ventus iste solet frigidior esse omnibus. *Tanaim*, fluvius Scythiae.

Vs. 518. *Rhipaeis pruinis*, ut ibi: *Rhipaeo tunditur Euro.*

Vs. 519. *Inrita*, minus rata 40) vel turbata. *Ditis*, inferni.

Vs. 520. *Dona querens* et reliq. *Haeret nulla Venus, non ulli animum flexere hymenaei*, quam ob causam veluti superbum. *Ciconum*, Cicones autem Thraces mulieres, id est matres nuptiales, quae ab Orpheo spretae carpsere 41) per Liberi sacra simulata, et propter sui contemtum Threissae interfectum laniaverunt. Gaudentius dicit. — *Ciconum* feminae discerpserunt Orpheum, dum nullam ex his vellet uxorem. Iunilius dicit. 42)

Vs. 521. *Deum*, deorum; *nocturni Bacchi*, Liberi patris.

Vs. 523. *Marmorea*, pulchra.

Vs. 524. *Oeagrius Hebrus*, Thracius, pater Orphei. — *Hebrus* fluvius Thraciae gelidissimus. 43)

Vs. 525. *Eurydicen anima fugiente vocabat, Eurydicen toto* et reliq. saepius repetendo nomen exaggerat dolorem. — *Vox ipsa*, bene vox ipsa, id est sine homine.

Vs. 527. *Referebant*, resonabant.

Vs. 528. *Haec Proteus*, deest dixit. *Proteus*, vates.

Vs. 529. *Sub vertice*, sub vertigine. *Torsit*, findit.

Vs. 26. *Mopso,* indigno homini. *Nisa,* uxor. Hoc pastor dicit de pastore, cui sua coniux nupsit. *Mopso Nisa datur.* Nunc adnotatio incipit usque ad finem [53]). Indignatur enim Nisam Mopso datam et se spretum. Iunilius dicit. *Quid non speremus amantes* i. e. quando hoc contigit, nihil est, quod fieri non possit. *Quid non speremus amantes,* quia in amore est semper sperare, id est, quid est, quod [54]) non semper sperare debemus. — *Mopso Nisa datur,* hoc est pastor uxorem suam pastori alii datam indignatur. *Mopsus* Atticus vates fuit, *Nisa*, locus in Asia, et inde alio ingenio per poëtas intellegendum est. *Mopso* allegorice Theocrito [55]) vel Ario centurioni. *Nisa*, ager Virgilii, vel Cornificius de Virgilio dicit, cui Mantua vel agri redduntur. *Quid non speremus* et reliqua. Allegorice, quare non habemus fiduciam, ut nobis reddantur agri, cum eis, qui simile aliud fecerunt, redditi sint. —

V. 27. *Iungentur iam gryphes* [56]) *equis.* Haec contra naturam fiunt [57]). Gryphes aves ferae [58]), quae sunt in Scythia, vel animal, quod in Hyperboreis locis nascitur, semper equos affectans, sed ad nocendum, quod rostrum habet et pennas quattuorque pedes, imago leonis, caput aquilinum et ungues; hoc est, sicut haec contra naturam sunt, sic contra veritatem Mopso Nisa datur. — *Gryphes* [59]) animal est in Hyperboreis montibus simile leoni, alas habens et rostrum in similitudine aquilae, equis inimicissimum.

Vs. 28. *Cum canibus* et reliqua, quod est contra naturam. *Timidi* pro timidae; mutavit [60]) genus, ut in georgicis [61]): *capti talpae.* — *Damae* [62]), genus animantium, id est caprae. —

Vs. 29. *Mopse novas incide faces.* Incide, scinde; faces incidere iubetur, quia scilicet nuptae ad facem deducebantur. *Tibi ducitur* [63]) *uxor*, pro eo, quod est: a te ducitur [63]).

---

39) Cod.: ad. 40) Vid. Virgil. Georg. II, 373. 41) Cod.: póssimus. 42) Cod.: querellas. 43) Cod.: Maenalium. 44) Cod.: canentiā. 45) Cod.: hii. 46) Sic cod. 47) Cod.: amando montem. 48) Cod.: metalemsis. 49) Cod.: stridolum. 50) Cod.: querellas. 51) Cod.: pan. 52) Cod.: inhertes. Inhertes. 53) Ad Georgic. II, 70. haec adscripta sunt: Heu, heu! tractatus deest ab hoc loco usque ad ingens. 54) Cod.: quidem quod. 55) Cod.: tehocrito. 56) Cod. fere semper: grifes. 57) Cod.: fiant. 58) Cod.: aveferae. 59) Cod.: Grippes. 60) Cod.: mutabit. 61) Georg. I, 183. 62) Cod.: damme. 63) Cod.: dicitur.

Dativus enim pro ablativo positus est. — *Mopse novas incide faces*, allegorice ad Virgilium respicit. *Tibi ducitur* [63]) *uxor,* inlicita, superstite eius viro.

Vs. 30. *Sparge marite nuces.* Ita enim primo factum est, quando Iuno Iovi iuncta est, ut Homerus, et abhinc apud antiquos moris fuit in nuptiis nuces spargere propter veneficia. *Sparge marite nuces,* Virgilio para laetitiam. *Tibi deserit,* in tuum honorem incipit. *Hesperus,* stella, id est nox adest. *Oetam,* mons Thessaliae, unde Hesperus oritur, id est vesper. — *Sparge marite nuces,* id est: desine iam nucibus ludere, sive quia mos erat in nuptiis nuces spargere [64]). *Tibi deserit Hesperus Oetam* [65]) id est dum occidit [66]) Hesperus tibi, relinquit Oetam montem Thessaliae tuis utilitatibus, nox supervenit; vel tibi deserit, sicut alii volunt, oriendo; Hesperus enim et Lucifer idem esse dicitur, dicitur autem Hesperus graece, latine Vesper. —

Vs. 32. *O digno coniuncta viro.* Per ironiam dicit hoc deridendo vel antiquo vocabulo. *Dum despicis omnes;* dum enim ipse despicitur, omnes despici putat. — Difficile est per singula [67]) allegoriam unam servari; inde considerandum, utrum per singula sit inquirenda allegoria, annon, et utrum diversa allegoria in iisdem [68]) personis per diversa loca. —

Vs. 33. *Dumque tibi est odio mea fistula,* id est meum carmen. — *Fistula,* rusticum carmen sive studium humile, id est patrimonium. — *Dumque capellae* sunt; capellae, humile patrimonium.

Vs. 34. *Hirsutum*, pilis hispidum. *Promissa barba,* pendens, vel inculta.

Vs. 35. *Nec curare deum credis mortalia quemquam.* Deum pro deorum posuit; dicit hoc minando, id est: non putas, quod dii talia considerant. — *Nec curare deum credis mortalia quemquam.* Nisi virum istum; sunt enim alii, qui non credunt esse deos.

V. 37. *Sepibus in nostris.* Non semper superba fuisti. *Parvam,* exprobrat veteres suos amores et incongrue dicit se contemptum. Maior iniuria [69]) hic apparet, cum ab infantia secum fuit. Iunilius dicit. — *Sepibus in nostris,* vel circa sepes, vel prima coniunctione amoris, vel in nostra vicinia, quae est maior iniuria, veteres etenim eidem amores exprobrat. *Roscida,* rorem habentia. —

Vs. 38. *Dux ego vester eram*, ego vobis ducatum regebam vel praecedebam [70]) vos. Allegorice capras [71]) suas alloquitur. — *Legentem,* colligentem vel deliciosam. —

Vs. 39. *Tum me iam acceperat,* quando convenimus [72]).

Vs. 40. *Fragiles,* flexibiles. *Iam fragiles poteram,* tunc ego iuvenis eram. —

Vs. 41. *Ut vidi,* mox, statim. *Ut perii,* id est valde. *Ut me,* idem, quemadmodum. *Malus abstulit error,* quia inpar amor et non reciprocus. — *Ut vidi, ut perii,* id est: mox, ut te vidi, amore tuo elangui. *Malus error.* Ex malo errore bonum errorem conicimus. *Malus error*, id est malus amor; putavi enim, quod mea esses, et non amasti, sed in despectum me habes.

Vs. 43. *Nunc scio.* Hoc definitionem amoris ponit. *Nunc scio*, *quid sit amor,* quam durus, vel quare tam durus. *Duris,* hoc non de nobis, sed de duris; dura, quae non molliuntur, generantnr. *Cotibus,* saxis. Cotis fit diminutive coticula. —

Vs. 44. *Aut Tmarus aut Rhodope edit.* Tmarus et Rhodope, montes Thraciae, pro habitatoribus dicit. *Aut extremi Garamantes.* Populi Africae in extremo mundi constituti. Apud [73]) eosdem autem Garamantes coniugia sine delectu [74]) haberi Ethlanius in chorographia [75]) testatur. — *Aut extremi Garamantes* id est populi Africae, apud quos dicuntur coniugia sine delectu haberi. —

Vs. 45. *Nec generis nostri nec sanguinis.* Non ex nostris elementis generant id est, non ex nostro sanguine nascitur. *Nec generis nostri,* mire [76]) quasi ex homine natus sit amor; inhumanum magis quam [77]) ut ex dea natum et potentem dixit. *Puerum*, id est

---

63) Cod.: dicitur. 64) Cod.: aspargere. 65) Cod.: oectam. Praeterea fere ubique in hac adnotatione scribitur Oetha. 66) Cod.: occiditur. 67) Cod.: singulam. 68) Cod.: in isdem. 69) Cod.: iniuria. hic cett. 70) Cod.: praecebam. 71) Cod.: capra suas. 72) Cod.: conveniemus. 73) Cod.: aput. 74) Cod.: intellectu. 75) Cod.: intorograsia. 76) Cod.: mirae. 77) Cod.: quem.

Cupidinem, quem et Amorem vocant. *Nec generis nostri puerum*, id est, non de nobis, sed de duris rebus et quae non molliuntur generatur amor. *Edunt*, generant.

Vs. 47. *Saevus amor docuit natorum sanguine matrem.* Incertum, quam matrem dicit, plures enim hoc vocabulo [78]) dignae sunt; nam et Procne, Terei uxor, ab amore Terei filium suum interfecit, et Medea suos filios propter Iasonem interfecit; sed magis hanc dixisse accipiendum, quae damno communis sobolis maritum Iasonem affecit. Iunilius dicit. — *Matrem*, Procnen [79]) vel Medeam.

Vs. 49. *Crudelis* et reliqua, interrogative. *Mater*, Medea, Aeetae filia, regis Colchorum. *Puer*, amor. *Inprobus*, inoportunus. — *Crudelis mater*, Medea, Aeetae filia. — *Ille*, Iason, qui mortem filiorum petierat. Sensus est: sic me amor docet inepta facere. — *Ille puer*, id est Iason, cuius illa amore compulsa est filios interficere, vel puer inprobus Amor, qui tale facinus advexerit. —

Vs. 50. *Crudelis tu quoque mater*, omnia haec ad amorem referuntur crudelem.

V. 52. *Nunc et ovis* et reliqua. Contrariis miscet adversa, quibus iniquam coniunctionem Nisae ostendat et Mopsi et se despectum [80]) esse convenienter probat. Iunilius dicit. — *Fugiat*, imperative [81]), vel interrogative. *Nunc et ovis.* Nunc, inquit [82]), fiat, quicquid contra rerum est naturam. Sensus est quicquid. . . . [83]).

Vs. 53. *Mala.* Fit melum et malum, ut *melum crebra decerpere manu.* — *Narcisso*, genus floris. *Floreat*, imperative. —

Vs. 54. *Sudent*, imperative. *Electra*, succinum. *Myricae*, genus arboris medicae. — *Electra*, gemmae succinae [84]), quod genus vitis est, cui vis et [85]) nomen talenti est de auro et argento conflati.

Vs. 55. *Certent*, imperative. *Cicnis*, cicnus a canendo. — *Ululae*, aves de ululatu dictae, cuius diminutivum est *ulluccus*, sicut Itali dicunt, quam avem Galli *cavan* nuncupant [86]). Ulula autem dicta est a sono propriae vocis. *Sit Tityrus Orpheus.* Talis poëta, qualis Orpheus, sit Tityrus. *Sit Tityrus Orpheus in silvis*, hic anadiplosis. *Sit Tityrus Orpheus.* Tityrus velut Orpheus polleat in carmine, Orpheus enim dicitur cithara silvas et saxa movisse.

Vs. 56. *Orpheus in silvis*, quasi inter pastores [87]). *Inter delphinas Arion.* Arion poëta summus et citharoedus Methymnaeus natione ab agone recedens in piratas [88]) incidit et inpetravit, ut sibi eodem habitu, quo in scena introire adsuesset [89]), canere liceret, et cantu cum delphinas adlicuisset, in mare se praecipitavit exceptusque ab eis in terram perlatus est; sic et Phineus. Iunilius dicit. — *Inter delphinas Arion*, quod tamen factum est, sed pro miraculo. Tityrus velut Arion polleat in carmine; dicitur enim Arion cantu [90]) citharae delphinas advocasse.

Vs. 58. *Omnia vel medium fiat mare.* Prius diluvium optat, deinde vel medietatem mundi perire, et omnia, inquit [91]), confundantur; satius enim mihi mori, quam haec perpeti. — *Omnia* etiam profundum. *Omnia vel medium fiat mare.* Prius optavit omnia, deinde vel medietatem perire. Sunt enim insanientis verba prae amore vel indignantis. *Vivite*, id est valete. —

Vs. 59. *Praeceps aërii*, id est de specula alti montis praeceps in undas deferar. — *Aërii*, excelsi. *Specula de montis*, de scopulo eminenti. —

Vs. 60. *Deferar*, optativo modo. *Deferar* ad mortem. *Extremum hoc munus*, mortem meam, ut *ne moritura tenet crudeli funere Dido*, id est: si vis mori. — *Morientis habeto*, uxor Nisa, vel Mantua.

Vs. 61. *Desine* i. e. fit finis carminis et vitae, vel carminis fac finem, sicut et vitae. — *Desine.* Petit a Musis, ut desinerent [92]), quia postulata non procedebant. —

---

78) Cod.: iucabulo. 79) Cod.: prognem. 80) Cod.: dispectum. 81) Cod.: inperativae. 82) Cod.: inquid. 83) Nonnulla h. l. desunt. 84) Cod.: sucine. 85) Cod.: quam ius. 86) Cod.: cauaNnū. 87) Cod.: quasi pastorem. 88) Cod.: pyrata. 89) Cod.: adsuisset. 90) Cod.: antu. 91) Cod.: inquid. 92) Cod.: desineret.

Vs. 62. *Haec Damon.* Poëtae verbum, quasi dixissit haec in persona eius [93]. — *Vos quae responderit Alphesiboeus,* quae nunc dicet. —

Vs. 63. *Dicite,* insinuate, quae possim sub persona mea de eo cantare. *Pierides.* Invocat Musas, invocatis namque Musis incrementum carmini suo tribuit. — *Omnia,* similia possumus, nisi vos adiuvetis. *Non omnia possumus omnes*, sicut et *Cicero* dixit [94]: *pauci unum possunt* [95]), *utrumque nemo.* —

Vs. 64. *Effer aquam* et cetera. Alphesiboeus sub persona uxoris Daphni haec dixit; *Effer,* vox Daphnidis. Dicit ad suam ministram, id est praesaga dicit ad eam. Fit Amaryllis [96] et Amaryllida. Amaryllidam [97] ministram id est ancillam eius. — *Effer aquam* uxor dicit ad suam ministram, quae nititur veneficiis despicientem se maritum ad amorem [98] revocare. *Vitta,* sacerdotum infula. —

Vs. 65. *Verbenas,* genus herbae castissimae vel ex loco sancto [99] sumptae, ut Terentius et Iunilius dicunt, vel verbenas, olivae ramos, vel carnes pingues, vel frondes; nam omnia, quae virent, verbenae dicuntur. — *Mascula,* fortia, pro masculina. *Mascula tura,* tura, quae in modum testiculorum sunt.

Vs. 66. *Coniugis,* mariti, id est Daphnidis. *Sanos,* non amantes, nam qui amant aegrotant quasi morbo. *Avertere,* ut ament. — *Coniugis* et reliqua. Forsitan et haec allegorice Cleopatrae Antonio iunctae conveniunt, quae Caesarem odibilem habuit et [1] magicis sacris nunc veneficiis eum invitat. —

Vs. 67. *Nihil hinc,* post sacrificium conlatum [2]. Bene desperanti [3] sunt carmina necessaria, ut vel sic abigat [4] ad consensum. — *Nihil hic nisi carmina desunt.* Bene desperanti carmina sunt necessaria, ut vel sic ducat ad consensum. *Desunt* figurate pro absunt. —

Vs. 68. *Ducite* huc. *Domum,* id est ad domum meam, sed adverbium. *Ducite* et reliqua. Allegorice Virgilius hoc de Augusti vocatione ad Musam suam audiendam dicit. *Ab urbe* i. e. Roma. *Domum*, Musam vel carmen. *Daphnim* amore, vel Caesarem. *Daphnim* vel genitive [5] legendum, ut alii, quod sensum commutat. *Daphnim.* Virgilius mutavit nomen possessionis suae et eam appellavit Daphnim. — *Ducite ab urbe domum*, id est reducite ab urbe domum. *Daphnim,* hoc est amatorem suum. Allegorice Virgilius loquitur ad sua carmina, ut ab urbe Roma ad suum amorem Caesarem Augustum adtrahant. —

Vs. 69. *Carmina* et reliqua, id est, non solum Daphnim, sed lunam ipsam deducere caelo possunt. *Vel*, saltim; *vel,* etiam. *Possunt* pro adferunt. *Deducere lunam.* Pana dicunt deduxisse caelo lunam carminibus suis. — *Carmina vel caelo possunt deducere lunam,* possunt pro adposuerunt. *Deducere lunam.* Dicitur Pan de caelo lunam carminibus adduxisse. —

Vs. 70. *Carminibus*, veneficiis. *Circe*, Solis filia, quae fertur venificiis socios Ulixis in bestias vertisse. — *Socios mutavit Ulixis.* Comites eius in aves conversi sunt. Apparet quod orum constituta Circe ista [6] agit maleficia; vel Circe disputatoria [7] erat, et qui adgrediebantur, illis illa adserebat: Tu ursus es, tu canis, quia nihil scis, et poëtae acceperunt, quasi vere in feras verteret. —

Vs. 71. *Frigidus,* nocens, vel quia frigidos morsu facit. Hic sensus est: licet venenosus sit, tamen frangitur carmine. Haec incantatores faciunt. — *Cantando rumpitur,* dum ei carminibus canitur. —

Vs. 72. *Daphnim.* Daphnis laurus dicitur latine, unde putatur Virgilius Daphnim pro sua possessione posuisse.

Vs. 73. *Terna*, hostia, quae terna est. *Tibi,* Daphnis. *Terna* novem intellegimus. *Diversa colore* triplici, tria alba, tria rosea, tria nigra. — *Terna tibi haec primum triplici*

---

93) Cod.: eius dixi. 94) Pro Mur. 22. 95) Cod.: paucim impossunt. 96) Cod.: adama fil amaryllis. 97) Cod.: asyllidā. 98) Cod.: calamorem. 99) Cod.: sanctae. 1) Cod.: ut. 2) Cod.: confatum. 3) Cod.: disperanda. 4) Cod.: abieat. 5) Obscure dictum, in cod. genetie legitur. Cf. ad v. 85. 6) Cod.: iste. 7) Cod.: desputatoria.

diversa colore, quae novem sunt, id est alba [8]), rosea, nigra omnia trinum numerum habentia. — *Triplici diversa colore,* allegorice varietas carminum.

Vs. 74. *Licia,* quasi ligamina [9]), per quae ligantur stamina. Bene utitur liciis, quae [10]) mentem adolescentem alligant. *Terque haec altaria circum effigiem duco.* Haec faciunt malefici facientes veneficia, id est effigiem amatoris circumferunt [11]), unam ex ligno, alteram ex luto, tertiam ex cera. *Haec altaria,* quae [12]) in honorem Augusti consecrata sunt. *Circum effigiem,* circum imaginem haec veneficia fiunt [13]), quibus ad amorem pervenitur. — *Licia,* quibus iunguntur stamina.

Vs. 75. *Deus* pro omnes dii. *Inpare* pro inpari. Par numerus adversis convenit, ut, *quater ipso in limine portae substitit atque* [14]) *utero sonitum quater arma dedere,* quod excidio civitatis convenit, et alibi: *en quattuor aras Neptuno,* quod arsuris navibus convenit; inpari vero numero deus gaudet. Iunilius dicit.

Vs. 77. Nunc ad concubinam suam dicit. *Tribus nodis* [15]), in augurium. *Amarylli,* vocativus casus. *Amarylli,* mulier. — *Ternos colores*, id est laneos [16]) colores.

Vs. 78. *Amarylli,* vocativus casus est. *Veneris,* Cupidinis, vel Amoris. — *Veneris vincula dic necto.* Cum ligare coeperis, amorem te ligare dicito. — *Veneris dic vincula necto*, metro anapaestico in honorem Cupidinis consecrato. —

Vs. 80. *Limus ut hic durescit et haec ut cera liquescit.* Limus Daphnis, nos vero cera. Limus terra mollis ex aqua soluta igni coquitur. Hic sensus est: sicut haec durescunt et liquescunt, sic Caesar remollescat amando nos, et noster amor in eo durescat. — *Limus ut hic durescit* et cetera. Limus terra mollis ex aqua soluta igni durescit eodemque igni solis cera liquescit. —

Vs. 81. *Igni*, sole.

Vs. 82. *Sparge molam,* inpone laborem. Ancillam vel concubinam alloquitur, vel collegam [17]). *Sparge molam,* fragmentum molle ut mittas in ignem, vel molere debes, cum ignis ardet. — *Fragiles,* flexibiles, id est quae [18]) possint eum flectere. *Bitumine.* Bitumen de fulgore nascitur, quo naves iunguntur. *Bitumine,* quod glutinat [19]) et ardet, ut glutinet et ardeat [20]). *Lauros,* in quam Daphnis conversa est, dum Apollo eam [21]) sequeretur. —

Vs. 83. *Daphnis me malus urit,* amore. — *ego hanc,* adversum, *in Daphnide laurum,* id est uro, ut urat eum hoc.

Vs. 85. *Daphnim*, genitivus in forma accusativi. *Qualis cum fessa iuvencum,* eleganter amorem suum pecoris amori comparat. Iunilius dicit. — *Iuvencum,* taurum. Eleganter amorem [22]) suum rusticus [23]) amori pecoris comparavit. —

Vs. 86. *Quaerendo bucula,* sic discurrimus quaerentes Caesarem, ut bucula. — *Bucula,* vacca, vel vaccula. —

Vs. 87. *Propter,* iuxta. *Aquae rivum,* illum sperans. — *Viridi*, herbosa. *In ulva,* in valle, vel ulva herba. Hic sunt parabolice de amore. —

Vs. 88. *Serae,* tardae. *Nec meminit decedere,* sed manere. —

Vs. 89. *Teneat* optativo modo. *Talis amor teneat,* subauditur nos vel te. — *Nec sit,* prosit. *Cura,* ablativus vel nominativus. *Mederi,* sanari. —

Vs. 91. *Exuvias.* Exuviae vestes dictae ab exuendo. *Exuvias* et reliqua. Pastor de collega, de puero dicit, Medea de fratre suo, Virgilius de Octaviano Caesare, aut mulier de amatore suo dicit. — *Exuvias,* pars agri, quae secum remansit. *Perfidus,* malae fidei. *Perfidus,* id est dignus magicis carminibus, dum perfidus sit. Iunilius dicit.

Vs. 92. *Pignora cara sui.* Pignora rerum, pignora filiorum, relictus licet cara eius pignora confitetur. — *Limine in ipso,* sub limine depono, id est, in loco sacro vel in templo Vestae. —

---

8) Cod.: id est ab rosea. 9) Cod.: ligna. 10) Cod.: qua. 11) Cod.: circum fuer̄. 12) Cod.: quem. 13) Cod.: fiant. 14) Cod.: adque. 15) Cod.: modis. 16) Cod.: lanes. 17) Cod.: colligam. 18) Cod.: quo. 19) Cod.: glutinet. 20) Cod.: glutinetur et ardet. 21) Cod.: apolline sequeretur. 22) Cod.: amatorem. 23) Cod.: rustica.

Vs. 93. *Terra tibi mando*, terra Vesta *), dea terrae. Hic sensus est: dona, quae dedit mihi, tibi do, ut eum ducas ad me. — *Debent*, i. e. reducere haec pignora Daphnim, ex quibus maiora speravi. —

Vs. 95. *Has herbas*, id est has [24]) artes et haec auguria.

Vs. 96. *Moeris* huius rei peritissimus. — *Moeris*, magus peritissimus in magica arte, pastor quoque et tutor. Hic Virgilius de magica arte loquitur.

Vs. 97. *His ego saepe lupum fieri.* His herbis, per has herbas Moeris se lupum faciebat. — *Lupum fieri*, inter feras ambulantem, *et se condere* [25]) *silvis*. Nam agnosci efficacissima carmina exemplis ostendit, et forsitan per haec possim deducere te. —

Vs. 98. *Saepe animas excire*, revocabat his herbis in vitam animas. *Excire*, commovere. — *Imis sepulcris*, quia in sepulcris conduntur. —

Vs. 99. *Satas*, segetes; seges interea et ipsa terra dicitur et quod continetur. — *Alio*, adverbium. *Traducere*, decipere, a propria festivitate removere messes iam in culmum turgentes. —

Vs. 101. *Fer*, effer; fer ministranti dicit, id est uxor. — *Amarylli*, concubina, vel ancilla.

Vs. 102. *Transque caput* [26]). Hoc augurium est et veneficia, quibus ad amorem traxit alios; mos enim apud veteres fuit auguria semper observare [27]). — *Nec respexeris.* Ne forte respicias maiestatem. *His*, veneficiis.

Vs. 103. *Daphnim adgrediar*, illi insidiabor; *adgrediar* id est carminibus. Sicut hoc dixit quasi adventum eius quaedam carmina dixerat, dum ille sacrificium despexit [28]). Hoc dicitur Ciceroni ab uxore sua contigisse.

Vs. 105. *Adspice*, forsitan ancilla dicit. *Corripuit*, invasit. —

Vs. 106. *Sponte sua*, sine igni subito ex ipsis cineribus flammae arserint. — *Dum ferre moror.* Ferre, efferre proicienda. *Cinis ipse*, tantum modo. *Bonum sit*, ut bonum sit, vel credo quod bonum erit. —

Vs. 107. *Nescio quid*, nonne pro gaudio. *Certe*, verum. *Hylas*, nomen canis convenit hic fieri canem. — *In limine latrat*, latratus prae nimio gaudio figurat [29]) domini adventum. —

Vs. 108. *Credimus*, verum esse credebam. — *An qui amant ipsi sibi somnia fingunt.* Quia qui amant, quae cupiunt, ea vident. *Fingunt*, i. e. sibi somnia fingunt, id est mihi ostensum est per hoc augurium, vel in somnio. —

Vs. 109. *Parcite* et reliqua. Pastor de puero suo, vel Medea de fratre, vel poëta de collega, vel de Caesare haec dicit. *Parcite.* Hic non dixit *desine*; qui enim desinit, finem facit, qui vero parcit, suspendit quod agat. Iunilius dicit. — *Parcite*, desinite augurium facere. *Venit*, quasi dixisset, scio eum venturum ad nos, cum sic ignis erupit. —

Ad eclog. IX.

Virgilius hanc eclogam in honorem amicorum suorum scripsit. Hoc genus carminis *δραματικόν* vel *μιμητικόν* [1]) dicitur. Haec ecloga in Gallia canitur vel in Hispania et in agro canitur, ut *an quo via ducit in urbem* *). In hac ecloga personae introducuntur, quae inpari numero epigrammatum decurrunt. Haec ecloga proprie *βουκολικόν*. In hac ecloga personae duorum pastorum in via fortuitu convenientium et fugientium milites et alloquium atque consilium habentium historialiter intimandae sunt. Iunilius dicit. — In hac ecloga Moeris, id est Virgilius, fingit, se ad querelas iturum [2]) Romam, nam cum Claudio,

*) vestra. 24) Cod.: as. 25) Cod.: consedere. 26) Cod.: capud. 27) Cod.: observari. 28) Cod.: dispex̄. 29) Cod.: figura.

1) Cod.: meticon. *) Vid. Vers. 1. 2) Cod.: itunū.

quodam milite, communem agrum possidebat, a quo pene fuerat occisus. Quidam autem dicunt, primitus agros ab Pollione Virgilio redditos, postquam autem Varus successit Pollioni, adempti sunt. Hinc Romam pergit, et Cornelius atque [3] Macer illi consilium dant, et sub horum [4] persona hanc eclogam texit. Allegorice Lycidas [5] Cornelius Gallus, Moeris Virgilius vel amicus eius, qualis vel Aemilius Macer, intellegitur.

Vs. 1. ***Moeri,*** vocativus casus. ***Quo te, Moeri, pedes***, subauditur ducunt. Alii dicunt Emoris equus velocissimus Saracenorum, quem interdum accipi potest, quod Emori pedes id est utinam quattuor ut me in urbem cito veherent ad accusandum Claudium [6]; hoc tamen credendum non est. — ***An, quo via ducit,*** interrogative; forsitan hoc in Gallia dicit. —

Vs. 2. ***Lycida***, vocativus casus. ***Vivi,*** vix vivi. — ***Pervenimus,*** saepe imus. ***Advena,*** id est Claudius [7], non ut alii Varum vel Arium centurionem dicunt. —

Vs. 3. ***Quod nunquam veriti sumus,*** malum inopinatum, ut Dido [**]: ***hunc ego si potui tantum sperare dolorem.*** — ***Possessor*** Claudius [7]. ***Agelli,*** vicus Virgilii; ager, agellus. —

Vs. 4. ***Veteres migrate,*** quoniam repugnare non possumus, cedimus. Iunilius dicit. ***Coloni.*** Quondam domini, nunc coloni. —

Vs. 5. ***Quoniam fors omnia versat.*** Allegorice clamor laetitiae militaris. — ***Fors***, fortuua. —

Vs. 6. ***Hos illi,*** Claudio vel Varo [8], ne ei bene proficiat. — ***Quod nec vertat,*** nec veniam mereatur. Bene *mittimus haedos* pro portamus dona. —

Vs. 7. ***Certe*** tuo [9] ingenio audieram agros restitutos. — ***Qua se subducere colles*** in proclivium a summo usque in imum, hic terminat agrum Virgilii. —

Vs. 8. ***Mollique clivo,*** ripa Mincii. — ***Clivo,*** aequa [10] descensio VII cursus. —

Vs. 9. ***Usque ad aquam*** Mincii. — ***Et veteris iam*** et reliqua, i. e. a lacu usque ad arborum fines possessiones Virgilii dicit. ***Fracta cacumina fagi,*** quia alta franguntur. —

Vs. 10. ***Omnia*** supra scripta loca. ***Carminibus,*** ac si diceret, nonne carminibus agrum suum servavit. — ***Vestrum servasse Menalcan.*** Hic sensus est: Menalcan, id est Virgilium, servasse agrum e monte usque ad aquam et ab aqua usque fagum. —

Vs. 11. ***Audieras*** i. e. reddi. ***Et fama fuit,*** id est fama tantum fuit. — ***Sed carmina tantum*** pro nihilo habentur. —

Vs. 12. ***Valent***, solaciant. ***Lycida,*** vocativus casus. — ***Tela inter Martia*** id est inter vim militarem, hoc est tumultum Vari vel Claudii [11].

Vs. 13. ***Chaonias*** id est de nemoris nomine, quod est in Epiro; vel Chaonia regio in Epiro. — Dicunt valere Chaonias columbas Dodonenses, quia ibi a quercu per ipsas responsa dabantur. —

Vs. 14. ***Quod nisi me,*** subauditur dico. ***Quod nisi me,*** id est nisi praescirem augurando [12]. ***Novas,*** inauditas. ***Incidere,*** devitare. — ***Quacunque***, quoquomodo. ***Lites*** militares, lites velitis [13] Claudii, vel Vari de agro communi, qui volebat Virgilium occidere. —

Vs. 15. ***Sinistra,*** Quattuor genera augurii, antica, postica, sinistra, dextra. — ***Cornix***, avis, quae [14] cantare solet augurantibus. —

Vs. 16. ***Nec tuus,*** amicus, ***Moeris***, Macer. — ***Nec viveret ipse Menalcas,*** quia paene occisus est Virgilius.

Vs. ***Heu,*** interiectio dolentis. — ***Heu cadit in quemquam tantum scelus,*** ut occiderit Virgilium. —

Vs. 18. ***Solatia,*** Macrus vel carmina rapta essent. ***Menalca,*** Virgili. — ***Solatia rapta,*** Solatia carminum rapta a nobis essent. —

---

3) Cod.: cornilius adque. 4) Cod.: quorum. 5) Cod.: lycida. 6) Cod.: idē quattuor et accusandum gladium. Praeterea ita omnia corrupta sunt, ut vix inveniri possit, quid scriptor his verbis dixerit. 7) Cod.: cladius. **) Aen. IV, 409. 8) Cod.: cladio vel uario. 9) Cod.: tua. 10) Cod.: eque. 11) Cod.: cladii. 12) Cod.: auguriando. 13) Cod.: lites vellites cladii. 14) Cod.: avesq;.

Vs. 19. *Caneret,* cantaret. *Quis caneret nymphas,* quis bucolica faceret. Subauditur nemo. *Humum,* per carmina. — *Quis humum.* Georgicon agriculturam tenentem [15]. —

Vs. 20. *Aut viridi fontes induceret umbra*, arbores fontibus. —

Vs. 21. *Sublegi,* subduxi. *Vel quae sublegi.* Hoc Cornelius ad Macrum de Virgilio dicit. Hic sensus est: Has ipsas odas tibi recitavi, cum Romam ires [16]. Iunilius dicit.

Vs. 22. *Cum te,* o Menalca, id est Virgili. *Amaryllidas* metri causa excluditur. *Amaryllida* id est concubina amborum, id est Virgilii et Lycidae, vel Roma. — *Ad delicias nostras*, Romanas; nostrae deliciae sunt successus Romanorum.

Vs. 23. *Tityre,* qui oves pascit Tityrus est. *Tityre,* ad aliquem [17] suorum dicit; hoc est hos tres versus imperium [18] Virgilius mandat alicui suorum, si cantet. Lycida, id est Cornelius. — *Dum redeo, brevis est via, pasce capellas.* Virgilius loquitur ad pastorem, non abfuturus [19] sum longe. —

Vs. 24. *Et potum,* ad potandum. *Et potum pastas age.* Monet, ne quid contra Alphenum Varum, divisorem agrorum, faciat, ne asperiorem reddat, quia necdum per huius Vari seu Tuccae intercessionem liberatus est, cum per carbonarias [20] fugeret. Iunilius dicit. — *Et inter agendum,* quasi iter dum agis.

Vs. 25. *Capro,* militi. — *Cornu,* gladio. *Cornu ferit ille, caveto.* Militem cave, gladio enim tangit. Transfigurate loquitur. —

Vs. 26. *Immo.* Quasi alius, se occiso, hoc cantaret, et hos tres versus, ut priores de se ipso cantavit. *Haec,* carmina. — *Necdum perfecta,* scripta, sed meditata [21]. *Canebat,* Menalcas. —

Vs. 27. *Vare tuum nomen.* Commemoratio Vari. — *Superet,* imperative; *tuum nomen superet modo Mantua nobis,* excellentior nobis Mantua, sed sicut Mantuae, sic tuum nomen et nobis claret. —

Vs. 28. *Mantua vae,* subauditur tibi. —

Vs. 29. *Cantantes cicni.* Allegorice poëtas Mantuanos dicit, qui quasi cicni cantantes. *Mantua vae* et reliqua, qui acti sunt de paludibus, id est de agris suis, quando Cremonenses contra Augustum Antonii copias susceperunt [22], et agros eorum dividi iussit Caesar, cuius mali partem inique perpessi sunt Mantuani. Ius enim regni fecit indignationem poëtis, inde allegorice per pastorum decem colloquia [23] poëta lamentatur hucusque. Isidorus dicit. — *Sublime ferent* nomen Vari, allegorice Caesaris. *Cicni,* poëtae Mantuani. —

Vs. 30. *Grineas*, Corsicas. Iunilius dicit. *Examina*, apes. *Fugiant examina taxos.* Hic ostendit, habitatores Mantuae fugisse ab ea, sicut apes effugiant taxos. — *Taxos,* arbor apibus venenata, amaros flores habens et mel amarum, vel animalia suilia, quae offendunt apes. —

Vs. 31. *Cytiso,* genus herbae vaccis odiosae. — *Distendant,* devitant. —

Vs. 32. *Et me fecere,* id est, cum erraret in monte, ut alii poëtam propter ingenium. —

Vs. 33. *Pierides,* musae. —

Vs. 35. *Nam neque adhuc,* id est nec talis sum, qualem [24] promiserunt. — *Varo* et *Cinna* ablativi casus. Cinna optimus poëta Antonii, qui et Anser nominatus est, vel qui avis [25] nomine dicitur. —

Vs. 36. *Argutos,* canoros. — *Argutos inter*[*strepere*] *anser olores,* inter olores canoros anser. —

Vs. 37. *Voluto,* cogito. —

Vs. 38. *Meminisse*, cantare. — *Carmen,* Lycidae.

Vs. 39. *Huc ades.* Hic allocutio est: *huc ades a Galatea.* Hos quinque versus Macer ex persona Virgilii dicit, vel Tucca nympham ad se vocat. *Galatea,* filia, quam Cy-

---

15) Sic in cod. 16) Cod. inies. 17) Cod.: aliquam. 18) Cod.: imperi huius. 19) Cod.: affaturus. 20) Cod.: cardinarias. Cf. Ser. 1. ad v. 1. fugit in tabernam carbonariam. 21) Cod.: mediata. 22) Cod.: suscipeř. 23) Cod.: colloquio. 24) Cod.: qualis. 25) Cod.: quia uis.

clops Polyphemus adamavit, quae allegorice Mantuam significat, vel Polyphemus eam vocat historialiter. — *Quis est nam ludus in undis* [26] diversa. Et hoc in honorem Mantuae dicit.

Vs. 40. *Hic ver* et reliqua. Ingentia munera promittit. — *Purpureum,* florens. *Hic flumina circum.* Hic hyperbaton anastrophae est. —

Vs. 41. *Hinc candida populus antro,* adiuncta Mincio, ut populus. —

Vs. 42. *Lentae,* flexibiles.

Vs. 43. *Huc ades*, o Galatea. *Insani*, rapidi, magni. — *Sine*, imperative, id est sine locum tuum, vel sine hic esse. —

Vs. 44. *Quid,* id est et cetera carmina, hoc est sive ob interitum Salonini, sive ob iacturam [27] civium tuorum. — *Pura,* splendida, candida [28].

Vs. 46. *Daphni*, vocativus, o Caesar. Hos quoque quinque versus Gallus ex persona Virgilii canit, sicut alios priores. — *Daphni, quid antiquos* et reliqua. Hic sensus est: O Caesar, quid antiqua regna [29] consideras, quia nullus tibi comparabitur. *Suspicis,* consideras, id est sursum adspicis [30]. —

Vs. 47. *Dionaei,* a Dione, Veneris filia, ex qua Caesar originem ducere gloriabatur [31]. — *Processit,* imperare coepit. *Astrum processit.* Hic astrologiam tangit, quia quaedam astra cum regni principio oriuntur, ut dicunt astrologi. *Astrum,* regnum, imperium. —

Vs. 48. *Caesaris astrum, astrum, quo segetes.* Hic anadiplosis est. *Astrum* Gai Caesaris, qui instituerat heredem imperii. *Segetes,* arva. *Gauderent frugibus,* turgent, maturae fiunt. — *Quo segetes gauderent frugibus* et reliqua. Regnum Caesaris laudat, in quo omnia bona futura sint.

Vs. 49. *Duceret,* acciperet. — *Apricis*, calidis. —

Vs. 50. *Daphni,* o Caesar. *Insere piros* et reliqua. Nunc Caesarem monet de statu regni, indicans, quod nepotibus proficiet, vel longaevus eris, ut videas nepotes tuos. —

Vs. 51. *Omnia fert.* Haeret verbo Lycidae: *incipe si quid habes,* et nunc dicit, se non posse cantare propter inminens [32] periculum. — Hic *aetas* iuventus. *Animum* fortem. —

Vs. 52. *Cantando* carmina. *Puerum,* Daphnim, id est Caesarem. — *Memini me condere soles,* tota die canebam. *Longos condere soles,* dies finire magnos [*].

Vs. 53. *Nunc oblita mihi tot carmina*, inpossibilia sunt pro gravi periculo inminenti [33]. — *Vox quoque* et reliqua. Hic rusticam fabulam tangit, quia vox pastoris obruitur, si prius eum lupus viderit, quam ille lupum; ac si dicat [34], non possum cantare, quia me tempestates obruunt. —

Vs. 55. *Sed tamen ista satis.* Refert allegorice haec pericula, vel quae possim cantare. — *Tibi,* Lycida. *Menalcas,* sive Virgilius, sive amicus eius. —

Vs. 56. *Causando,* causas diversas nectendo. — *In longum,* per longum. *Ducis amores,* recusas cantare [35].

Vs. 57. *Et nunc omne tibi* et reliqua. Nunc obicit suavitates plurimas, pro quibus cantare debeat, et dicit omnia velle audire. — *Stratum* [36], quietum. —

Vs. 59. *Media* ad urbem. —

Vs. 60. *Bianoris.* Bianor filius Tusci [37], qui et ipse Mantuam condidit, animo et corpore fortissimus agricola; inde Bianor dictus est, sed postea deus erat; hoc est forsitan: adiuvet cantantem.

---

26) Cod.: nam magnus. Ludus cantauris diversa. 27) Cod.: iecturam. 28) Cod.: canda. 29) Num signa scribere voluit? 30) Cod.: Susum aspicis. 31) Cod.: gloriebatur. 32) Cod.: eminens. *) Cod.: magnus. 33) Cod.: eminenti. 34) Cod.: hac si dici. 35) Cod.: amore recusas cantaret. 36) Cod.: stractum. 37) Cod.: tuovi vel túcci.

Vs. 61. *Agricolae stringunt frondes, hic,* sacrificant vel adiuvantur [38]), vel tecta sibi faciunt. — *Hic, Moeri, canamus,* invicem nos deleremus [39]). *Canamus,* subauditur, ut adiuvemur.

Vs. 62. *Tamen veniemus in urbem;* licet bonum sit hic, tamen eamus in urbem. — *Hic haedos depone,* allegorice versus canta. —

Vs. 63. *Pluviam ne colligat ante, veremur,* inminente pluvia [40]). *Pluviam* [40]), tempestatem, allegorice periculum. —

Vs. 64. *Licet usque,* iugiter. — *Minus,* non. —

Vs. 65. *Hoc te fasce levabo.* Hic sensus est: non debes laborare in cantando. — *Fasce,* onere. *Levabo,* exultabo, relevabo, leviorem reddam. —

Vs. 66. *Puer,* Lycida. — *Agamus,* ambulemus. —

Vs. 67. *Ipse,* Daphnis est Caesar. — *Canemus,* futuro tempore canemus, quia non nunc possum cantare pro gravitate periculi, sed praesente illo melius cantabo [41]).

Ad eclog. X.

Haec ecloga in honorem G. Cornelii Galli, amici Virgilii, scripta est, de quo Eus [1]) dicit: *G. Asinius Gállus, orator, Asinii Pollionis filius, de quo Virgilius meminit.* — Haec ecloga quibusdam in Arcadia posita videtur ideo, quia dicit: *pinnifer illum etiam sola sub rupe iacentem Maenalus et gelidi fleverunt saxa Lycaei.* — In hac ecloga solus poëta loquitur. Haec ecloga non proprie *βουκολικόν*. Hoc genus carminis *ἐξηγητικόν* dicitur, vel *ἐπαγγελτικόν* [2]). Iunilius dicit. Haec ecloga in agro canitur, ut *dum tenera adtondent simae* [3]) *virgulta capellae.* In hac ecloga tantum ordo ostenditur dicendo *extremum,* tamen per hoc conicere possumus, naturalem ordinem in his esse. Poëta hanc eclogam de zelo cum laude ad Gallum canit. — Hic tylus [4]) allegorice loquitur. — Incipit ecloga decima de desiderio Galli circa Volumniam Cytheridem [5]) meretricem, quam [6]) Lycoridem dicit. Conquestio [7]) cum Gallo de agris [8]). *Cum Gallo.* Hic est Gaius Asinius Gallus, orator, Asinii Pollionis. —

Vs. 1. *Arethusa,* nympha, dea carminis. —

Vs. 2. *Gallo,* poëta Antonii, sed antiquo vocabulo. — *Lycoris* [9]), provincia, vel meretrix, quam Gallus adamavit, quae contempto eo Caesarem est secuta. —

Vs. 3. *Neget,* interrogative. *Quis carmina Gallo,* meritis eius.

Vs. 4. *Labere* pro laberis, id est curris. *Sicanos,* Sicilios. —

Vs. 5. *Doris,* fluvius. *Doris,* mater nympharum et maritima nympha. Ex nomine itaque eius mare appellatur, quia et aqua eius amarior est mari. Hic sensus est: Non te impediat ullus, neque mare, sub quod fluis, quia tu scis, quid sit amor, dum non adiuves me cantantem de amore. Vel ad Caesarem et Virgilium intellegenda sunt. — *Amara,* salsa. *Undam,* aquam marinam. —

Vs. 6. *Incipe,* semet ipsum imperat, vel Lycidam. —

Vs. 7. *Adtondent,* pascuntur. — *Simae,* presso naso ut simae, vel *simae* graecum, id est capellae. —

Vs. 8. *Respondent omnia silvae.* Montes enim reciprocum remittunt [10]) ex echone vocem. Hucusque praefatio. —

---

38) Cod.: adiuventur. 39) Num voluit scribere: delectemus? 40) Cod.: pluviam. 41) Cod.: cantando.

1) Sic in codice legitur. Num voluit scriptor Isidorum significare? Cf. ecl. IX, 29. Georg. I, 88. 2) In cod. scribitur: bucolicon, exegeticon, epangelticon. 3) Cod.: simeae. 4) Sic in cod. 5) In cod.: CVIIICIDEM. 6) In cod.: QVM. 7) In codice: COMQVESTIO. 8) Verba: Incipit — de agris maiusculis litteris scripta inscriptionem antiquam eclogae continere, et ea, quae sequuntur, ad verba huius inscriptionis cum Gallo pertinere videntur. 9) Cod.: Liquoris. 10) Cod.: reciprocaniae mittunt echo vocem.

Vs. 9. *Quae nemora,* invocatio. Hinc incipit narratio. —

Vs. 10. *Naïdes,* nymphae fontium si simpliciter, si proprie oreades [11]), id est nymphae montium [12]); hoc est: ubi fuistis non me adiuvantes, allegorice vel Gallum. — *Indigno,* hoc est inpari, quia amans contemnebatur. —

Vs. 11. *Parnasi,* mons Thessaliae [13]), — *Nam neque Parnasi* et reliqua. Haec omnia allegorice pro nymphis in eis habitantibus dicuntur, vel auditoribus considerantibus. *Pindi.* Pindus mons Thessaliae [13]).

Vs. 12. *Aoniae,* fons [14]) Boeotiae. *Aganippae,* fons Thraciae [15]).

Vs. 13. *Myricae,* genus fruticis parvae. —

Vs. 14. *Sola,* deserta. *Sola sub rupe iacentem,* prae nimio amore contemptu atque odio hominum captum in solitariis locis iacentem. —

Vs. 15. *Maenalus,* mons Arcadiae [17]). *Gelidi,* frigidi. — *Lycaei,* mons Arcadiae [17])

Vs. 16. *Oves,* auditores allegorice. *Nec poenitet illas,* aliter non consolabant [18]) te, pastor, vel de se, si Gallus, vel Gallum, si amens erat. —

Vs. 17. *Nec te poeniteat.* Allegorice: Non erubesces bucolica scribere. — *Pecoris,* poëmatis. *Divine poëta.* Gallus optimus [19]) poëta fuit. —

Vs. 18. *Adonis,* pastor, vel aliquis poëta. —

Vs. 19. *Opilio. Opiliones* dicuntur haedorum pastores, vel opiliones magistri ovium dicuntur. Iunilius dicit. — *Venere,* venerunt. *Tardi venere subulci.* Pastores porcorum ideo tardi dicuntur, quia aliter porci non pascuntur, nisi radicitus herbam [20]) effodiant. —

Vs. 20. *Uvidus,* pinguis succus [21]) intrinsecus, unde uvae dictae sunt, vel *uvidus* quasi uvis pendentibus glandis ex quercu coronatus. — *Hiberna de glande,* quia hiemis tempore glandes maturae fiunt. *Menalcas,* Virgilius. —

Vs. 21. *Rogant,* interrogant. *Tibi venit,* etiam. — *Apollo,* se ipsum, vel Caesarem.

Vs. 22. *Galle quid insanis,* sive canendo, sive amando. — *Cura,* ut *saucia cura. Tua cura Lycoris,* inrisorie [22]) dicitur. —

Vs. 23. *Alium,* Antonium. — *Horrida castra.* Castra, bella, ideo autem horrida, quia cum Augusto Caesare bella civilia fecit. —

Vs. 24. *Agresti,* cano. *Silvanus,* deus silvarum, vel pro nymphis. —

Vs. 25. *Florentis,* virides, frondentes. *Ferulas,* genus herbae [23]), vel virga cava de herbis nascens. *Lilia,* quae fiunt in ipsis ferulis. — *Grandia,* longa. —

Vs. 26. *Quem vidimus ipsi.* Solent enim numina se offerre rusticis. —

Vs. 27. *Sanguineis,* rubeis. *Ebuli,* flos, vel ebulum genus herbae. *Sanguineis baccis* [24]), quia grana ipsa nigra sunt, floris succus autem rubeus, ex quo venenum est, ideo dixit *sanguineis baccis* [24]). *Minio,* coloribus. —

Vs. 28. *Ecquis* [25]) *erit. Ec* increpantis adverbium. *Modus,* amandi. — *Inquit* [26]), Gallus. *Amor non talia curat,* non flectitur moeroribus, quasi expertus loquitur. —

Vs. 29. *Nec lacrimis crudelis amor,* satiatur; quantascunque enim lacrimas fuderit [27]) amans, tanto amor [28]) extitit amplior. — *Nec gramina rivis,* hyperbolice loquitur. —

Vs. 31. *Tristis,* verum tristis amatur. *Ille,* Virgilius, vel Gallus. — *Tamen cantabitis,* de se dicit; tamen alii superioribus iungunt, sed melius, ut sic legamus: tamen cantabitis [29]), sensus enim hic est: licet ego duro amore consumar, tamen erit solatium, quia meus amor erit vestra cantilena. *Inquit,* Gallus. —

Vs. 33. *Tunc,* tunc, tunc possim requiescere, si vos voluissetis de amore cantare. — *Quam,* postquam. *Molliter ossa quiescant,* pronuntiat, se moriturum. *Quiescant,* sedantur. —

---

11) Cod.: oriades. 12) Cod.: fontium. 13) Cod.: thesaliae. 14) Cod.: mons. 15) Cod.: mons trutiae. 17) Cod.: archadiae. 18) Cod.: consulabant. 19) Cod.: oblimus. 20) Cod.: aerbam. 21) Cod.: sucus. 22) Cod.: licoris inrisoriae. 23) Cod.: erbe. 24) Cod.: bacis ut supra et paulo post sucus. 25) Cod.: Haecquis. 26) Cod.: amanti. Inquid. 27) Cod.: fuerit. 28) Cod.: amore extetit. 29) Cod.: cantabis.

Vs. 34. *Olim,* aliquando. Olim tria tempora continet. —

Vs. 35. *Atque utinam ex vobis*, pastoribus. — *Vestrique fuissem*, melius mihi vobiscum erit.

Vs. 36. *Aut custos gregis*, ut rusticanam vitam colerem, ac si [30]) dicat, quid mihi cum urbibus, ubi sunt meretrices tam pulchrae, quam perfidae. — *Maturae vinitor* [31]) *uvae,* custos vinearum. —

Vs. 37. *Phyllis* [32]), Roma, *Amyntas,* Caesar. —

Vs. 38. *Seu quicunque furor,* aliquis amicorum furor, omnis enim amor plenus est furoris. *Tuum carmen* [33]), tuum, o Mantua. — *Si fuscus Amyntas,* licet aliis nocivus, tamen mihi bonus. —

Vs. 39. *Et nigrae violae sunt,* successus rerum mihi abundat [34]).

Vs. 40. *Sub vite,* sub rupe. *Lenta sub vite iaceret,* allegorice: de vitibus cantantem audiret. —

Vs. 41. *Serta,* flores. *Phyllis,* mollis, lentaque manibus et digitis suis. — *Cantaret Amyntas,* me cantare fecisset. —

Vs. 42. *Hic gelidi fontes* et reliqua. Invasit amor eius animum et quasi ad praesentem loquitur, ac si [35]) dicat: quid te adiuvat inter frigora esse Gallus nunc? multa enim erant [36]) bona, quibus adducat concubinam, allegorice Virgilius Caesarem. —

Vs. 43. *Tecum consumerer aevo,* id est tecum essem usque ad mortem.

Vs, 44. *Insanus amor* et reliqua, id est nunc morior pro amore tuo, quia neque per absentiam decedit [37]). — *Insanus amor,* quia omnis amor plenus est furoris, hinc usque in finem amatoris inconstantia exprimitur. —

Vs. 45. *Adversos*, infestos. *Hostes,* bellicosos. —

Vs. 46. *Tu,* o Phyllis vel Lycoris. *Tu procul,* cum moriturus ero. — *A patria,* subauditur recessisti. —

Vs. 47. *Alpinas,* montanas [38]) vel Mantuanas. — *A,* interiectio dolentis. *Rheni,* fluvius Europae. —

Vs. 48. *Sine*, imperative. *Me sine,* id est relinque, o amor, ne fatigatus fueris. *Sola vides,* tunc vides. — *A,* interiectio dolentis. —

Vs. 49. *A tibi ne teneras glacies secet aspera plantas;* etiamsi spretus a te, tamen sollicitus sum, ne quid mali [39]) sustineas. — *Aspera,* frigida. —

Vs. 50. *Ibo,* demittam te. *Chalcidico,* heroico, Homerico, Euboeico. Chalcis civitas in Euboea [40]), in qua Euphorion, quem transtulit Gallus. Hic sensus est: tamen cantare potero, cum non inpedies me, et tunc scribam Theocriteo [41]) stilo et carmina Euphorionis canam. —

Vs. 51. *Pastoris Siculi,* Theocriti. *Avena,* calamo pro scriptura. —

Vs. 52. *Certum est*, id est me a te ad alios velle transire, id est Gallus ad concubinam, Virgilius ad Caesarem dicit. — *Inter spelaea,* inter speluncas. —

Vs. 53. *Malle pati,* ferre laborem. — *Incidere,* a te vellere. —

Vs. 54. *Arboribus,* ad arbores dare. — *Illae,* silvae. *Crescetis amores,* et vos, o amores, crescetis silvestres. —

Vs. 55. *Lustrabo Maenala lymphis,* alii verius *nymphis* [42]), cum nymphis permixtos montes lustrabo venando. — *Maenala,* hic Maenalus, haec Maenala mons Arcadiae. —

Vs. 56. *Acres,* vehementes. —

Vs. 57. *Parthenios,* Arcadios, vel mons Parthen[ius] in montibus Caucasi est. IUNILIUS dicit; sed et Parthenii [43]) Lacones, ideo quod cum profecti essent ad bellum, reliqua iuven-

---

30) Cod.: colorem hacsi. 31) Cod.: vinitur. 32) Cod.: Pyllis. 33) Haec verba non in versu XXXVIII. leguntur. 34) Cod.: habundat. 35) Cod.: hac si. 36) Cod.: erat. 37) Cod.: discedit. 38) Cod.: Alphinas montana. 39) Cod.: mari. 40) Cod.: euboia in qua euforios. 41) Cod: teocritio. 42) Cod.: mymphis. 43) Cod.: partheni.

tus stuprum cum virginibus fecit, inde Parthenii nominati sunt, vel Parthenii dicti a virginibus, quae illic venerare consuerunt. —

Vs. 59. *Ire,* a provincia. *Partho,* Persico. *Cydonia,* Cressia [44]), accusativo casu Cydonia. Arcus Persicus vel Cretensis, quia illic arborum primus usus inventus est earum.

Vs. 60. *Tanquam haec sit nostri medicina furoris,* idem sensus est [45]), nec talia curat. *Furoris,* amoris. —

Vs. 61. *Deus*, Cupido, vel Caesar allegorice. — *Mitescere,* molliri.

Vs. 62. *Hamadryades,* nymphae, quae cum arboribus nascuntur et pereunt, qualis fuit illa, quam Erysichthon [46]) occidit, qui cum arborem incideret, et vox inde erupit et sanguis, ut Ovidius docet*); Dryades vero sunt, quae inter arbores habitant; hoc autem ad superiora haeret, quia dicit *lustrabo Maenala nymphis.*

Vs. 63. *Concedite,* recipite.

Vs. 64. *Illum*, amorem, vel Caesarem allegorice.

Vs. 65. *Hebrum,* fluvius Thracius [47]), vel genus poculi inebriantis, hic amore carere non posse. —

Vs. 66. *Sithonias,* pro Scythobarbaricas, Thracias [48]). Sithon mons Thraciae, vel Sithonias id est Scithias a Scithone, Phyllidis fratre. Iunilius dicit.

Vs. 67. *Moriens*, vitio agri. *Alta,* vitis in arbore posita. *Alta,* suspensa. *Liber,* vitis. *Aret,* morietur. *In ulmo,* in cortice. — *Nec si cum* et reliqua. Hic sensus est: licet in Aethiopia simus et licet in Scythia laboremus propter eum, tamen non mutatur. *Liber aret,* allegorice senium adpropinquat.

Vs. 68. *Versemus,* pascamus. *Cancri,* unum de duodecim [49]) signis, quod in australi parte semper moratur.

Vs. 70. *Sat,* pro satis. *Divae,* Musae. — *Poëtam,* Gallum. —

Vs. 71. *Fiscellam,* sportam, allegorice significat se composuisse hunc librum tenuissimo stilo. — *Hibisco*, genus herbae [50]).

Vs. 73. *Gallo, cuius amor* et reliqua. Haec dicit propter Caesarem.

Vs. 74. *Vere novo,* in principio veris. *Se subicit,* sursum [51]) mittit ad proceritatem.

Vs. 75. *Surgamus,* finiamus carmen. *Gravis* id est ipsarum [52]) agrestium umbra gravis certantibus, vel quia difficile est omnia sub sensu constringere in bucolicis. —

Vs. 76. *Iuniperi,* genus ligni duri. — *Iuniperi,* allegorice georgica; *nocent* et reliqua, allegorice Aeneidos.

Vs. 77. *Ite domum saturae*, *venit Hesperus, ite capellae,* id est non amplius vos canam. Verecunde se capellarum esse pastorem dicit, hoc est vilissimorum animalium, nam bucolica scribens debuit se dicere bovum pastorem, sed vitans arrogantiam ultimum se esse voluit non principem, inscribens bucolicis: *ite domum saturae, ite capellae,* — *Saturae,* saturatae. *Hesperus,* stella, quae primo vespere apparet.

Haec omnia de commentariis Romanorum congregavi, id est Titi Galli et Gaudentii et maxime Iunilii Flagrii. Mediolanenses.

---

44) Cod.: cresia. 45) Cod.: et. 46) Cod.: siclium. *) Metam. VIII, 754. sqq. 47) Cod.: thrachius. 48) Cod.: scitho barbaricas thracius. 49) Cod.: unum dexii. 50) Cod.: haerbae. 51) Cod.: susum. 52) Cod.: idē psarum, fortasse excidit arborum.

Georgicorum lib. I.

Iunilius Flagrius Valentiniano Mediolani. *)

Virgilius in operibus suis diversos secutus est poëtas, Homerum in Aeneidis, quem licet intervallo longo [1] secutus est, Theocritum in bucolicis, a quo non longe abest, Hesiodum [2] in his libris georgicorum. Hic autem Hesiodus fuit de Ascra insula [3], qui scripsit ad fratrem suum Persen librum, quem appellavit ἔργα καὶ ἡμέρας, hoc est *opera et dies*. Hic autem liber continet, quemadmodum agri et quibus [temporibus] [4] sint colendi, cuius titulum transferre noluit, sicut bucolicorum [5] transtulit et sicut Aeneidem appellavit [ad imitationem] Odysseae [6], tamen eum per istas in primo exprimit versu dicens: indicabo quo opere et quibus [temporibus] ager [7] colendus sit; inde duobus modis scripsisse dicendus est. Ingenti autem egit arte, ut potentiam nobis indicaret [8] sui ingenii, coartando lata et angustiora dilatando [9]. Nam quum Homeri et Theocriti in brevitatem scripta collegerit, unum Hesiodi tamen librum in IIII divisit, quod ratione non caret; nam omnis terra quadrifaria, aut enim arvus est ager id est [10] rationalis, aut consitus id est aptus arboribus, aut pascuus, qui herbis tantum et animalibus vacat, aut floreus, in quo sunt horti [12] apibus congruentes et floribus. Alii autem duos tantum georgicos male dicunt dicentes γεωργίαν esse, id est terrae operam, quam [13] primi continent duo libri, nectamen [14] ad utilitatem rusticam pertinere, nam et pecora et apes habere studii est rustici. Licet possimus agriculturam etiam in his duobus sequentibus invenire. Nam et farrago sine cultura non nascitur [15] et in hortis [16] colendis non minorem circa terras impendi[mus] [17] laborem; et hi [18] libri didactici [19] sunt, unde necesse est, ut ad aliquem scribantur, nam praeceptum doctoris et discipuli personam requirit, unde ad Maecenatem scripsit sicut Hesiodus ad Persen, Lucretius ad Memmium. Sane agriculturae huius praecepta non ad omnes pertinent terras, sed ad solum situm Italiae [20], teste ipso Virgilio, qui ait tibi res antiquae laudis et artis ingredior, cum de Italia diceret, quid terras pingues efficiat. Hucusque Iunilius.

Georgicorum duae sunt species, alia ad agriculturam pertinet, alia ad rusticationem; et agriculturae quidem opera sunt segetes et vites et alia quaeque ex agris gignuntur, rusticationis vero cura pecorum et ovium et ceterorum animalium, quae ruri sunt fructuosae. Ergo duo priores libi super agricultura sunt, qua [21] propter velut perfecto opere in secundo libro laudem agriculturae exsequitur, in quo etiam nullo velut [22] principio utens statim ad ipsam rem transit, scilicet praefationem eius operis abunde [23] explicante priore libro, at vero [24] rusticationis tertio et quarto voluminibus continetur, qua propter tertius longiorem rursum praefationem [25] velut novo principio apprime [26] comparative incipit, et quartus expeditam et festinantem referens ex secundo similitudinem.

Principium georgicorum pene tale est, quale in Aeneide, ut expositio materiae ibi, hic praefatio prima, secundo invocatio numinis, ut: *Musa mihi causas memora,* tertio expositio materiae narratur, ut: *urbs antiqua fuit.* Hic autem praefatio est, ut: *quid faciat laetas segetes,* invocatio numinis, ut: *vos, o clarissima mundi lumina,* ut ibi: *Musa mihi causas*

---

*) Cum haec praefatio, quam Burmannus Servio adscribere videtur (vid. T. I. p. 166), etiam in cod. Bernensi 167, seculo decimo scripto, legatur, etiam eius varietatem scripturae (B.) apponam. — Cod. B.: Medionali. 1) Cod. et B.: longe. 2) Esiodum. B. semper. 3) Cod. et B.: insola. 4) Deest voc. temporibus in codice et B. 5) Cod. et B.: bocolicorum. 6) Cod. et B.: appellavit Odissiae. 7) Cod. et B.: quibus ager. 8) B.: indicare. 9) Cod.: delatando. 10) In B. deest: id est. 12) Cod. et B.: orti. 13) B.: terra opera quae. 14) Cod.: Nestamen. 15) Nam — nascitur desunt in B. 16) Cod. et B.: hostiis. 17) Burmannus scripsit: terras constat impendi laborem. 18) Cod. et B.: hii. 19) Cod. et B.: italici. Burmann.: didascalici. 20) B.: Vitaliae. 21) B.: cua. 22) B. velut nullo velut. Burmanni codd. omnes in hoc loco vitiosissimi. 23) Cod. et B.: habunde. 24) Cod.: vero o'pit. 25) B.: praefatio. 26) prime B., hac prime Cod.

memora, expositio materiae, ut: *vere novo gelidus canis quo montibus humor.* Hucusque hic tractatur. In georgicis poëta solus loquitur [27]), in georgicis ethicam narrat, in georgicis operatur [28]), in georgicis medium eloquium, in georgicis vita prudentium, georgica septennio scripsit, georgica Maecenas postulavit, georgica duobus modis [29]) scripsit, praecepto doctoris et persona discipuli requirentis, in georgicis angusta dilatavit [30]). Iunilius dicit [31]).

Vs. 1. *Quid faciat laetas segetes* et reliqua. In his quattuor versibus quattuor agrorum sunt genera, quid faciat arvus vester, consitus, conveniat pascuus, sit pecori florens. *Quid faciat laetas segetes,* quae res terras pingues efficiat, nam segetem mode pro terra posuit ut: *horrescit seges ensibus.* Iunilius dicit. Alius dicit: Seges non omnino pro terra, sed cum fructibus accipere debemus et nobis idem dixisset subiciens quo sidere terram; et idem dicit: Nec sane segetes simpliciter pro terra ponuntur, sed pro terra arata, ut Varro rerum rusticarum primo libro: *prata purgari, salicta* [32]) *seri, segetes arari convenit.* — *Quid faciat.* Praefatio in his quattuor versibus indicat, quid in his libris georgicorum scripturus sit. *Laetas segetes*, pingues terras, nam fimus, qui per agros iacitur, vulgo *laetamen* dicitur. *Quo* sideris ortu vel occasu id est quo tempore, ex sideribus enim tempora colliguntur; hic metaphora [33]) ex animali ad animale.

Vs. 2. *Vertere*, arare. *Maecenas* praefectus praetorio fuit, ad quem fecit Virgilius georgica ut Hesiodus [34]) ad Persen. Gallus dicit. *Ulmis*, ulmi arbores sunt in Italia, in quibus vites altius elevantur, ut fit optimum vinum. Gaudentius.

Vs. 3. *Boum* pro omni pecore, ut maius animal minoribus non separetur, sicut de hominibus facit dicens: *relliquias hominum atque inmitis Achillis.* Gallus dicit. *Cultus,* habitus hominum, cultura agrorum. *Habendo,* dum habeantur. — *Cultus* pro cultura, cultura [35]) animi constat intentione, cultus autem in ipsa operis diligentia, ex eo verbum mirum [36]) illud in consuetudinem pervenit, ut pecora culta dicuntur.

Vs. 4. *Pecori*, pecus quod fructus gratia alitur, a quo et pecunia. *Experientia,* notitia, scientia; experientia actus rei, usu natam doctrinam [37]) experientiam Cicero dixit; proprie si quaeratur nihil est, sed imperiti sic solent, ut ab [38]) experimento experientiam dicant actum rei, experimentum rem ipsam. — *Apibus parcis*, apes parcendo suis dominis id est colligendo apes aëriae mel sacrum eo quod cum Iuppiter in Creta celaretur in spelunca, cibum ei offerebant, ideoque eas [39]) munere donavit, sine Venere mel parturire. *Apibus parcis,* quoniam apes minutatim conferunt et diligenter custodiunt. *Parcis,* servatricibus [40]) frugum, quia mel custodiunt.

Vs. 5. *Incipiam*, non ut mathematicus, non enim de apibus in primo libro scripturus est, sed de oleagri cultura [41]). *Vos,* invocatio. — *Vos, o clarissima mundi lumina,* [*labentem*] [42]) *caelo quae ducitis annum, Liber et alma Ceres,* quaeritur, quos nunc deos istis nominibus significaverint. Quidam simpliciter intellegunt Liberum et Cererem, quos philosophi dicunt quasi oculos mundi; nam Liberum invocat, quod de vitibus dicturus sit, Cererem, quod de frugibus. Iunilius dicit. Quidam autem hunc Liberum solem vult intellegi, quod Liber evagetur, Cererem lunam, quod creat fructus; non enim aliter possunt [43]) segetes vigere [44]), nisi fuerint horum deorum eductae ministeriis [45]). Gaudentius dicit.

Vs. 7. *Liber et alma Ceres.* Stoici dicunt unum deum, sed pro [49]) vario officio varia nomina dicuntur, quia sol Liber pater et Apollo, luna Proserpina; secundum quosdam pro sole Liberum, pro luna Cererem invocat, quorum cursu tempora computantur, per lunam menses, per solem anni. *Vestro*, creando. *Si,* siquidem, nam confirmantis est si. — *Alma* ab alendo hic casta, alias pulchra, alias altrix significat. *Liber* sol, Ceres luna, Liber

---

27) Hoc membrum in B. deest. 28) B.: operator. 29) Cod. et B.: II modus. 30) Cod.: delātavit. B.: delatavie. 31) Hoc membrum deest in B. 32) Cod.: salicia. 33) Cod.: metafora. 34) Cod.: Hesioq;. 35) Cod.: culturam. 36) Cod.: mirrum. 37) Cod.: nata doctrina. 38) Cod.: ob. 39) Cod.: eis. 40) Cod.: servatraib;. 41) Cod.: culturo. 42) Deest in cod. 43) Cod.: alicos poss. 44) Cod.: inrere. 45) Cod.: deorum. dductemisteriis. 49) Cod.: per.

et Ceres sol et luna accipiuntur, ut per Liberum masculos [50] deos significaret, per lunam vero feminas deas. Liber a libere commoveat, Luna enim obnoxia est, quia beneficium luminis a sole accipit. IUNILIUS dicit.

Vs. 8. *Chaoniam glandem* lucis Iovis, ubi Epiri glandem ante homines viderunt, quare dum Chaoniam regio [51] est in Epiro, ubi Iuppiter praecipue colitur. Quercus alta [52] arbor est in Iovis tutela [53], ex qua glandes nascebantur, quibus homines vescebantur, antequam essent fruges inventae. GALLUS dicit. — *Arista* pro frumento, speciem pro genere posuit. *Arista,* Aristaeus [54] Apollinis et Cyrenae [55] filius fuit, cuius fabula ista: quum aliquando in quasdam Graeciae civitates gravis pestilentia venerit, responsum dedit, aliter pestilentiam non posse sedari, nisi suo filio Aristaeo [56] vovissent candidissima armenta; illi [57] electos iuvencos candidos in Ceam insulam duxerunt et ibi reliquerunt. Hic Aristaeus, qui Eurydicen [57] uxorem Orphei in prato flores legentem, intermixtam nymphis adamavit, invocatur [58], quia hic primus aratri usum invenit. GAUDENTIUS dicit.

Vs. 9. *Achelonia,* fluvialia; Achelonius, fluvius, non quod ipse solus vino sit mixtus, sed ipsum pro qualibet aqua posuit, et hic fluvius ante omnes primo mixtus est vino. — *Achelonia,* de Acheloo pastore Italiae regis Oenei, qui primus arborem adtulit suo domino Oeneo.

Vs. 10. *Praesentia,* propitia; *Fauni* dii silvestres Latinorum dicti a Fauno rege Italiae, vel a fando dicti, ut VARRO ait. IUNILIUS dicit.

Vs. 11. *Ferte* et venite et date felicitatem [59] carmini meo. — *Pedem,* versum. *Dryades*, ab arboribus dictae.

Vs. 13. *Fudit equum,* equum nunc dicit Arionem; quum in Thessalia tridente terram [60] Neptunus percussisset, exisse dicitur equus, unde Neptunus equester dictus est, id est *ἵππιος*; ibi etiam natus est fons Hippocrene. Item in Thessalia primum equi nati sunt, ubi cum aliquando flumen esset stativum [61] et quondam diruptum um habundasse, dictum est, Neptunum percussisse tridenti, quasi [62] non credebant tantam vim aquae humano motu excitatam sed divino et ee est, nec reclusit captellum in Thessalia, in qua primum equi domari coeperunt, et Thessali adsidentes [63] equis quum tauros sequerentur, gravibus eos vulneribus adficiebant et quosdam adprehensos domabant; illi dicti sunt perfelleres hippocentauri. GALLUS dicit. — *Equum*, Pegasum, quia Neptunus in principio terram percussit tridenti et inde equus Pegasus prosiluit, ut Mesapus, equum domitor, Neptuni proles. IUNILIUS dicit. — *Equum,* quum ab Ope pro Neptuno sit equus subpositus Saturno, pro Iove lapis, hic convenit Neptunum invocare de equis dicturus. IUNILIUS dicit.

Vs. 14. *Cultor* pro incola, id est Aristaee, quem dicit Hesiodus Apollinem pastoralem. *Ceae,* insula in Oceano fertilissima, Aristaeus [64] hanc tenuit primo hominibus vacuam, postea ea relicta cum Daedalo [65] transitum fecit in Sardiniam.

Vs. 15. *Ter centum* pro multis, *dumeta*, aspera pascua, spineta. — *Tondent*, vescuntur.

Vs. 16. *Lycaei,* Lycaeus mons Arcadiae.

Vs. 17. *Pan.* Pana Pindarus ex Apolline et Penelopa in Lycaeo monte editum scribit, alii ex Aethere et Oenone. — *Si,* siquidem. *Maenala,* mons Arcadiae. —

Vs. 18. *O Tegaee,* derivatum a Tegaeo, oppido Arcadiae, quia post mortem Ulixis Mercurius cum uxore eius Penelopa concubuit et gravidam fecit, et in monte Maenalo iuxta oppidum Tegaeum parturit Pana ideoque dixit Tegaeum. Tribrachys Tegaeus pecra primus [66]. — *Oleaeque Minervae.* Sunt qui dicunt Athenis prolatum esse olivae [67] ramum

---

50) Cod.: masculum. 51) Cod.: regi. 52) Cod.: at̄. 53) Cod.: tutella. 54) Cod.: aristus. 55) Cod.: Coronae. 56) Cod.: ille. 57) Cod.: aristheus qui euridicen. 58) Cod.: adamaverit invocat eum quia. 59) Cod.: et amate felicitātem. 60) Cod. vitiosissime: quāē ute e salia tridentetram̄. 61) Cod.: esse statium et quondā. diruptum ū habundasse. 62) Cod.: qs. 63) Cod.: domare coeperunt a tesalia adsidentis. 64) Cod.: aristei. 65) Cod.: declaro. 66) Sic cod. Legendum esse videtur: Tegaeum. Tegeum tribrachys, Tegeaee paeon primus [tertius?]. 67) Cod.: ovile.

a Minerva; sunt qui putant olei humorem Minervae idcirco [68]) convenire, quod nulli possit misceri incorruptus, et integer comparabilis virgini deae, quae eximio parente progenerata est, quam sapientiam interpretantur, virtutem inviolabilem, ut Homerus. IUNILIUS dicit.

Vs, 19. ***Puer.*** Bene autem tacuit de nomine et generaliter ait puer, quia non unus aratrum in toto orbe monstravit, sed diversi. ***Puer***, Triptolemum [69]) dicit Celei filium, alii Osirim putant et ob quam rem ab Aegyptiis inter deos sit relatus. — ***Puer,*** Triptolemus [70]). Ceres raptam Proserpinam cum quaereret [71]), hospitata est apud quendam et pro humanitate fruges Triptolemo [72]) dedit totumque orbem seminavit; dedit etiam dracones, quibus iunctis adsideret et reliqua, velut Philorus [73]) ait.

Vs. 20. *Silvane cupressum,* deus silvarum; hic adamavit puerum Cyparissum nomine, qui habebat mansuetissimam cervam [74]). Hanc cum Silvanus nescius occidisset, puer extinctus dolore, quem amator deus convertit in cupressum arborem eius nominis, quam solatio portare dicitur.

Vs. 21. ***Diique.*** Post specialem invocationem generaliter dicit, ne quod numen praetereat. Haec [in] indigitamentis inveniuntur, id est in libris pontificalibus, qui nomina deorum et rationes nominum ipsorum continent. — *Tueri* pro tuendi.

Vs. 22. *Non ullo semine,* non iactas a nobis.

Vs. 23. *Satis,* seminatis. — *Caelo,* deest e caelo.

Vs. 24. *Tuque,* o Caesar. Adolatur Caesarem, quem vocat inter deos, quia deorum imperatores post mortem honorem meruerunt. Caesar autem in vita honores meruit divinos, ut Horatius ait: *praesenti tibi maturos largimur honores iurandasque tuum per numen ponimus aras,* unde male quidam culpant Virgilium dicentem laudem per interitum; sed maximum est deum fieri.

Vs. 25. *Incertum est,* quem deum esse te velis, utrum caeli an maris, vel terrae possideas imperium. GALLUS dicit.

Vs. 26. *Maximus,* totus, ut: *quo maxima motu terra tremuit.* IUNILIUS dicit.

Vs. 27. *Auctorem,* ab augendo dictus velut sator, ut: *tu sanguinis ultimus auctor.* IUNILIUS dicit. — *Tempestatum,* temporum, *potentem* ubique.

Vs. 28. *Cingens,* ornans; *myrtoque,* in honorem Veneris, a qua Augustus originem duxit. GALLUS dicit. — *Materna tempora myrto* pro Iliam gentem [*]). IUNILIUS dicit.

Vs. 29. *Inmensi,* totius maris.

Vs. 30. *Sola,* magna. *Thyle,* insula Oceani inter septentrionem et occidentem, ultra Britanniam Hiberniamque et Orcadas.

Vs. 31. *Generum,* virum filiae. *Tethys*, uxor Oceano, Nympharum mater. *Emat* ait ad antiquum nuptiarum ritum pertinet, quo se vir et uxor invicem emebant. GALLUS dicit. — *Tethys,* iuxta honorem inmortalitatis deam uxorem adiungit. IUNILIUS ait.

Vs. 32. *Tardis,* longis, maioribus aestatis utilius. Eleganter dicit tardis, quasi futurum sit, cum Caesar iverit [75]) in caelum hominum vita tendatur.

Vs. 33. *Erigonen,* ipsa est virgo Erigone, Icari [76]) Atheniensis filia, inter duodecim signa esse dicitur. Modo secundum Chaldaeos loquitur dicens, eum posse habere locum inter scorpium et virginem vel sirium, et ordo hic: in [77]) qua locus ipse tibi panditur [78]). *Erigonen,* tropus metaphora [79]). Erigonen autem iustitiam dicit. Liber pater pro hospitio [80]) Icaro Atheniensi vinum dedit et usum vini monstravit; at ille pastoribus quum dedisset et illi cupiditate non parvum bibissent, somno sunt oppressi, quorum parentes, aesti-

---

68) Cod.: idcirca. 69) Cod.: treptulemum. 70) Cod.: trepolemus. 71) Cod.: coleret. 72) Cod.: Trepulemo. 73) Sic in codice. Intelligendus esse videtur sive Philochorus, qui in Atthide sua sine dubio etiam de Cerere, Triptolemo aliisque ad mysteria spectantibus rebus locutus erat, sive Philostephanus (de inventis), cuius mentio apud Servium fit. 74) Cod.: cevam. *) Iunilius igitur opinatus est, materna accusativum non ablativum esse. 75) Cod.: bierit. 76) In codice hoc nomen in tota adnotatione Iacarus, Iacari etc. scribitur. 77) Cod.: hic em qua. 78) Scholiasta punctum non post panditur, sed post tibi in Virgilii versu posuit. 79) Cod.: trop' mea fera. 80) Cod.: ospicio.

mantes veneno ab Icaro esse necatos, eum lacerum occiderunt et cadaver eius in puteum proiecerunt; canis autem eius quum venisset Athenas quocunque modo significare coepit domini mortem. Icari [81]) autem filia Erigone suspicione tacta antecedentem canem secuta est. Quum ad puteum venisset animadvertissetque patris cadaver, sepelit, qua potuit optavitque, ut nisi Athenienses ulti essent Icari mortem, eadem morte periret, inde silentio vitam finivit, et quum pestilentia incidisset, responsum est, pastores eos poenam pro illis soluturos [82]); illi quum pastores punirent, pestilentia caruerunt. Liber autem memor, quod sua [83]) causa Icarus periit, filiam eius inter astra collocavit, quae est virgo, eiusque canem, qui quoties oritur vitis aduritur, quique sirius appellatur. *Scorpios* frigidus. Eleganter Virgilius locum scorpionis Augusto tradidit; aiunt astrologi, i. e. Chaldaei, scorpionem locum duorum siderum in zodiaco tenere, et in locum, quem inprobe occupat, sine iniuria cuiusquam Caesar invocatur. Bene dat Augusto regionem iustitiae.

Vs. 34. *Ipse tibi,* in tuum honorem gratiamque; *brachia* i. e. scorpii. *Ardens scorpius,* ardens ad illud refertur, quia Martis domicilium, nam tempus scorpii frigidum est, i. e. Novembris. *Ardens,* commune omnibus, an proprie ad scorpion refertur, quod sit ferventissimum signum, an ardens [84]) festinans et cupiens parare [85]) locum Augusto, ut: *manus micat ardens. Candidus* [86]), id est Sirius, qui canis dicitur.

Vs. 36. *Quicquid eris*, quia cetera per parentes indicta sunt. — *Nam te nec sperent* [87]) *tartara regem,* allegorice dicit, illum non debere mori, vel bene posse.

Vs. 38. *Quamvis Elysios* et reliqua. Quaerendum an ad auditores Graecos, an ad solum Homerum retulerit, qui in Odyssea [88]) campos laudat Elysios et adeo amoenos [89]) locos, quos praetulerit amori matris. Iunilius dicit.

Vs. 39. *Nec repetita sequi* et reliqua, nec accepta facultate eam voluit sequi. Iunilius dicit. *Matrem,* i. e. Cererem.

Vs. 40. *Da facilem cursum,* poëmatis [90]) adnue, fave. — *Coeptis,* verecunde dicit de suis viribus. Gallus dicit.

Vs. 41. *Ignaros* rusticos iuva. — *Ignarosque viae* pro artis vel traditionis, vel rationis.

Vs. 42. *Votis,* sacrificiis, *iam nunc,* adhuc. — *Et votis iam nunc,* nam ut dixi, Augustus divinos meruit honores. Iunilius dicit.

Vs. 43. *Vere novo,* expositio; *gelidus,* frigidus; *canis* uiue candidis quoque cum novo recenti incipiente vere id est Martio, qui initium anni est, quo nix de montibus solvitur. *Humor* [91]), quia nix humida in montibus solet esse.

Vs. 44. *Liquitur,* fluit, manat; *zephyro,* calido vento.

Vs. 45. *Depresso,* cum infixo. — *Taurus,* speciem pro genere posuit; taurum enim bovem dicit, ut: *Coelicolum regi in litore taurum,* ubi non nisi [92]) bos intellegitur, tauro enim Iovi sacrificium non fit. Iunilius dicit.

Vs. 46. *Sulco,* aratri ductu, *splendescere,* splendere, ut calescere, calere. — Lucretius ait: *occulto decrescit* [93]) *vomer in arvis.* Hic vomer et hic vomis et ab utroque huius vomeris dicimus. —

Vs. 47. *Illa,* illa terra, vel gleba, vel illa seges. — *Avari,* parci.

Vs. 48. *Bis quae solem,* calorem dierum et noctium. — *Sentit,* arator; indicat autem his tempora [94]), quibus seritur.

Vs. 49. *Illius,* parci agricolae. — *Ruperunt,* inpleverunt. —

Vs. 50. *Ignotum,* immensum; *ferro*, vomere. — *Quam scindimus,* id est antequam faciamus; *aequor* pro campo. Hic metaphora, Isiō. [95]).

Vs. 51. *Varium caeli,* diversa caeli parte.

---

81) Cod.: morti iacari. 82) Cod.: solituros. 83) Cod.: suo. 84) Cod.: cordens. 85) Cod.: parere. 86) Videtur scribere voluisse: gelidus, et adnotatio referenda ad vs. 43. 87) Cod.: sperant. 88) Cod.: odysia. 89) Cod.: ameios. 90) Cod.: poenatis. 91) Cod.: Vmor. 92) Cod.: ubi nisi. 93) Cod.: decrefut. Uomer. 94) Cod.: tempore. 95) Cf. ad vs. 88.

Vs. 52. *Ac patrios* et reliqua. Tres res dicit, quemadmodum a maioribus sit cultus et quid melius ferat et quid recuset. — *Habitusque locorum* id est natura ut pluviis gaudeat, an temperie [96] vel frigore.

Vs. 53. *Recuset,* abnuet.

Vs. 54. *Veniunt,* proveniunt, et provenire fructus dicuntur. Iunilius dicit. — *Veniunt,* crescunt, ut: *pulchro venies in corpore virtus*, id est cresces [97]. Gallus dicit.

Vs. 55. *Arborei fetus*, poma [98]. *Alibi*, alio loco. Inter alibi et aliubi hoc interest: alibi est alias, aliubi alio loco. — *Atque iniussae,* sine studio, sine cultura, nam frumenta iniussa nascuntur. *Virescunt,* revirescunt.

Vs. 56. *Nonne* [99] *vides,* argumentatio ac si [1] dicat, si una provincia ferre non potest, quanto magis unus ager. — *Tmolus*, mons in Lydia, ubi odores nascuntur, vel mons Ciliciae [2], in eo croceum nascitur.

Vs. 57. *Molles Sabaei,* aut delicati, aut toto corpore vestiti, vel suauei eo, quod sub aere clementiore sunt. — *Molles Sabaei*, populi sunt iuxta Syriam et Arabiam; Sabaeum oppidum in Arabia, in quo thus nascitur suave [3].

Vs. 58. *Chalybes,* gens in Ponto, inventrix ferri, dicti a Chalybia Euboeae [4] vico, quod hinc coloni sunt. Iunilius [5] dicit. — *Nudi,* duri.

Vs. 59. *Castorea,* testiculos. *Eliadum*, Elis urbs Peloponnesi ab Elo [6] dicta. Iunilius [7] dicit. Epirus in Europa, in qua equi optimi. Iunilius dicit. — *Castorea,* castores dicuntur, id est canes silvestres, qui in Ponto tantum nascuntur, quos Latini febros dicunt, quorum testiculi pretiosi [8] sunt ad medicamenta, et virus, quod habent castoreum dicitur, ut in physiologi [9] libro dicitur [10]. Iunilius dicit.

Vs. 61. *Imposuit* quicquid frugis debeat proferre.

Vs. 62. *Deucalion.* Quum in Thessalia alio tempore flumina abundabant [11] et omnes alta loca petebant, Deucalion Thessalus et Pyrrha, dea vel filia terrae, lapides iactaverunt in terram. Lapides quos [12] Deucalion iactavit in masculos versi sunt, lapides vero, quos Pyrrha in feminas. Hinc genus humanum. — *Vacuum* hominibus.

Vs. 63. *Durum genus,* quod et lapidibus constat secundum historiam Deucalionis. *Terrae,* genitivus casus.

Vs. 64. *Pingue,* redit ad solum. — *Primis,* veris tempore.

Vs. 65. *Invertant,* arent.

Vs. 66. *Pulverulenta* id est contrita propter hiemem, quae pulverulenta [13] facit. Hic metaphora vel epitheton est. — *Coquat,* glebam vertit in pulverem; *maturis*, pro maturas facientibus aut plenis et legitimis; *solibus*, diebus.

Vs. 67. *Sub ipsum.* In et sub cum [14] accusativo casu iungitur, cum adversum vel ante significat: *ibat in Euryalum*, et *sub ipsum Arcturum* pro ante, ut Donatus dicit in Aeneidem. — *Sub ipsum,* prope ipsum, ut in VI. *Ecce primus sub limina* id est prope limina. *Sub ipsum Arcturum,* autumnali [15] tempore, quo Arcturus oritur. *Sub,* quando tempus significat, accusativo gaudet [16], ut hic sub ipsum Arcturum, circa ipsum Arcturum [17].

Vs. 68. *Arcturum,* Arcturus qui Bootes [18] dictus, quod ursos [19] putant quidam boreali circulo contineri. Bootes autem quod plaustrum hic oritur ad kalendas Octobris [20]. — *Suspendere,* leviter arare. —

Vs. 69. *Illic,* in terra forti et pingui. *Officiant,* obsint, noceant. —

Vs. 70. *Hic,* intenui et infecunda. — *Ne deserat humor arenam* [21], minus fecundam terram aquis inrigare iubet. —

---

96) Cod.: tēpore. 97) Cod.: crescens. 98) Cod.: pomo. 99) Cod.: Nunne. 1) Cod.: hac si. 2) Cod.: sciliae. 3) Cod.: saaue. 4) Cod.: euboiae. 5) Cod.: Nunilius. 6) Cod.: heliadum helis — helo. 7) Cod.: Nun. 8) Cod.: praetiosa. 9) Cod.: phisologi. 10) Cod.: dicit. 11) Cod.: habundabant. 12) Cod.: quo. 13) Cod.: pulverulentia. 14) Cod.: subtunt. 15) Cod.: auttumnali. 16) Cod. suadet. 17) Cod.: arcturus. 18) Cod.: bo otus. 19) Cod.: ursus. 20) Cod.: ad K octimbri. 21) Cod.: haraenam.

Vs. 71. *Alternis,* per vices adverbialiter dixit, id est agricola. — *Tonsas,* agros messos, qui alternis vacant. *Novales*, quia sementia novantur. *Novalia* prima rura proscissa; has novales et haec [22]) novalia dicunt. —

Vs. 72. *Segnem,* sterilem, qui nihil ferat. *Durescere campum,* ut redeat in vires priores. — *Segnem* pro cessantem dicit. *Patiere,* patieris. *Situ,* positione.

Vs. 73. *Mutato sidere*, in principio veris, alternis annis vel anno.

Vs. 74. *Laetum,* fertile, pingue. *Legumen.* Legumina dicuntur, quaecunque non falce succiduntur, sed manu leguntur. — *Siliqua quassante* folliculo sonante [23]).

Vs. 75. *Tenuis,* vicia enim vix ad triplicem pervenit fructum. *Viciae,* genus leguminis. *Tristisque lupini,* quia tristes [24]) faciat propter amaritudinem, incoctus enim amarus est.

Vs. 76. *Silvamque sonantem*, ubi enim faba tolluntur, sonant silva. —

Vs. 77. *Urit,* excerpsit, vexat linum, avenas *), papavera. Bene excerpsit linum, avenas, papavera et dicit post haec frumenta non esse serenda, nam licet manu legantur et sint inter legumina, viribus tamen frumentis aequantur.

Vs. 78. *Lethaeo* id est plena oblivionis, nam Ceres Iove admonente dicitur cibo papaveris orbitatis oblita, et revera papaver gignit soporem, nam ad dolorem obliviscendum in potionibus datur. — *Perfusa papavera somno.* Qui papavera manducat [25]), cito somno opprimitur, est enim papaver somniferum. Iunilius dicit.

Vs. 79. *Sed tamen* et reliqua, redit ad praeceptum.

Vs. 80. *Pingui,* humido [26]).

Vs. 81. *Effetos* continua fertilitate; *cinerem,* cinis stercoratio [27]), intermissio arandi, incensio stipularum. Gallus dicit. — *Inmundum,* sordidum, ad discretionem illius, quo utitur puella.

Vs. 82. *Requiescunt,* quia per intermissionem arationis roborantur, quam rem repetit dicendo: *nec ulla.*

Vs. 83. *Inaratae,* non satae; haeret ad illud, quod dixeram: *tonsas Caesare novalis.*

Vs. 84. *Incendere,* igni. — Exurere *agros,* non agros, sed quae in agris sunt.

Vs. 85. *Crepitantibus,* sonantibus.

Vs. 86. *Pabula terrae,* diligenter plures causas exsequitur, quibus certe aliqua providisse videantur.

Vs. 88. *Exudat,* exsiccatur, excoquitur; hic hypallage, dum non humor exudat, sed terra. Isiō [28]) ait.

Vs. 89. *Caeca spiramenta,* breves cavernas, per quas sudor emanat.

Vs. 90. *Spiramenta* vocat poros. Pori sunt minutissima foramina, per quae exit sudor a corporibus. Cutis enim humana tota est plena foraminibus, quamvis non videantur [29]).

Vs. 92. *Tenues,* laetae et penetrabiles. — *Rapidi,* velocis.

Vs. 93. *Acrior* pro duobus vel pro uno. — *Penetrabile,* non quod penetrat, sed quod facile penetratur. Iunilius dicit. *Aduret,* siccet, ad solem et ad frigus pertinet; uno sermone duo diversa conclusit clausula. —

Vs. 94. *Multum adeo* et reliqua. Ordo hic est: multum adeo adiuvat arva, rastris qui frangit aut vimineas trahit crates. — *Rastris,* hos rastros, haec rastra. *Inertis,* pigras, non fertiles. Iners enim sine arte, qui nullum rei affectum habet; item glebae nunc appellantur inertes metaphorice.

Vs. 95. *Vimineas,* lentas atque [30]) graciles virgas; *trahit,* avellit.

---

22) Cod.: ut ut novalia dicuntur. 23) Cod.: folio lasonante. 24) Cod.: triste. *) Cod.: liniave. 25) Cod.: manducit. 26) Cod.: umido. 27) Cod.: stercuratio. 28) Hoc scripturae compendium, quod nonnunquam, ubi de figuris loquendi sermo iniicitur (cf. supra vs. 50.), obvium est, incertum, quem grammaticum significet. Cf. ad ecl. X. init. 29) Verba: cutis — videantur, ab alia sed satis antiqua manu in codice scripta sunt. 30) Cod.: adque.

Vs. 96. *Flava* propter aristarum maturitatem. Flavam quidam putant deam, quae flavescentibus frugibus faveat [31]). IUNILIUS dicit. — *Nequicquam* sine causa; *spectat Olympo*, sedeat in caelo et prospiciat [32]) laborantibus favens. IUNILIUS dicit.

Vs. 97, ***Proscisso,*** conveniens verbum. — ***Aequore terga,*** campo terra, quam araverit.

Vs. 98. ***Rursus,*** scilicet autumnali tempore, quando cum seminibus aratur. — ***Perrumpit***, bene perrumpit de obliqua aratione contra sulcum, ut rustici dicunt cancellate [33]) arare. —

Vs. 99. *Atque imperat arvis*, ut tantum ferant, quantum ipse desiderat. — ***Imperat,*** elegans translatio, nam de militibus dicitur.

Vs. 100. *Humida* [34]), ut humida fiant. *Humida solstitia.* Quomodo congruit, cum alterum hibernum, alterum aestivum, et sunt alii, qui solstitia pro solstitio dicunt referentes ad aestivum. — *Humida solstitia*, alii solstitia pro aequinoctiis verno et autumnali accipiunt, alii pro aestatibus. *Orate,* id est, o agricolae.

Vs. 101. *Pulvere.* Serenitas pulverem creat. — *Farra*, frumenta.

Vs. 102. *Nullo tantum se Moesia cultu*, quantum humida solstitia et hiemes serenae, id est, quamvis collocatur optime Moesia, tamen nullo cultu se iactet, quantum ea terra, quae huiusmodi habet caeli temperiem. — *Moesia*, regio Asiae uberrima, vel Moesia tres sunt, Moesia Gargara, Moesia superior, Moesiaque in Asia provincia et civitas Phrygiae non longe a Troja prope Gargara, montes Phrygios. —

Vs. 103. *Et ipsa suas mirantur Gargara messes*, phantásia poëtica in re inanimali. *Gargara,* pars Idae montis in Phrygia, nunc vero Troade *), quoniam Troes Phryges dicuntur. — *Gargara,* regio Asiae, etiam mons vocatur Gargara, mons Apuliae.

Vs. 104. *Iacto,* iactato; *comminus,* prope, sed nunc statim.

Vs. 105. *Ruit,* frangit, avertit, dissipat. — *Male pingues arenae*, non fertilis.

Vs. 106. ***Deinde,*** ante generaliter, nunc specialiter agriculturam. — ***Satis,*** segetibus seminatis. Satis participium est. *Sequentis* [35]), iugis.

Vs. 107. *Exustus* calore aestatis. *Morientibus* secundum Pythagoricos [36]) dicit, qui dicunt, omne quod crescit animam habere. — *Aestuat* [37]), calefacit.

Vs. 108. *Ecce supercilio,* quasi superiore clivo; *clivosi,* inclinati. — *Clivosi tramitis* ex improvisu altitudine terrarum, nunc ab alto, metaphorice ab animali. —

Vs. 109. ***Elicit,*** evocat, inducit; *levia saxa* calctilos dicit. — *Raucum* non solum ad utilitatem hanc rem, sed et voluptatem. —

Vs. 110. *Ciet,* inriget vel canet. *Scatebris,* scaturigines [38]) dicuntur venae aquarum, sed in arido solo, aqua quae ebullit atque ibi oritur [39]), id est fervens, quae scaturire dicitur, id est glomerare, aequare pro operire. — *Scatebris* salientibus. Scaturigines sunt ebullitiones, quas facit aqua, quum in unum locum coadunatur.

Vs. 112. *Luxuriam* περιφραστικῶς dicit; ostendit rem superfluam et nocituram, nisi amputaretur. Luxus dicitur omnis superfluitas. *Luxuriem segetum* dicit quando nimium excrescunt et tunc eas depasci [40]). — *Tenera depascit in herba,* herbae adhuc tenerae, antequam in culmos cogantur.

Vs. 113. *Quique paludis* et reliqua. Ordo est: paludis humorem [41]) deducit collectum bibula arena. Haec cultura priori contraria est, nam ut illa sicco agro aquam [42]) inmittit, ita haec abundantem [43]) aquam deducit veris temporum pro varieta eris.

Vs. 114. *Deducit,* derivat [44]), siccat, trahit, plaustrim aquam derivari ex agris.

Vs. 115. *Praesertim,* maxime; *incertis* inopportunos; *incertos menses* quoscunque qui afferant variam tempestatem, an [45]) proprie ad vernos. — *Incertis si mensibus,* veris [et] autumni quam hiemis [46]) certum frigus, in aestate calor.

---

31) Cod.: flaveat. 32) Cod.: prospiciet. 33) Cod.: concellate. 34) Cod.: Umida. *) Cod.: iada. 35) Cod.: sequestis. 36) Cod.: phitagoricos. 37) Cod.: Haestua. 38) Cod.: scat"mes. 39) Cod.: ebullat atq; ibi oriatur. 40) Cod.: depasci eas. 41) Cod.: umore. 42) Cod.: quam. 43) Cod.: habundantem. 44) Cod.: dirivat. 45) Cod.: AN̄. 46) Cod.: hiemc.

Vs. 116. ***Exit.*** Exire amnes dicuntur, quando exuberant; exit dixit, ubi non sic aggeribus ruptis: cum spumeus exit. — ***Obducto,*** superfuso, superlito. ***Limo***, limus infimum lutum, unde et viatores attinguntur.

Vs. 117. ***Tepido***, noxio, inutili. — ***Lacunae,*** cava loca, quae aquam concipiunt pluvialem [47].

Vs. 118. ***Nec tamen,*** ordo: nec tamen nihil officiunt, cum haec sint.

Vs. 119. ***Inprobus anser***, inprobum dicit anserem, quia fugatus redeat, referens ad animum rusticorum, an potius pro avido cibi, id est insatiabiliter nulli probabilis et anseres agrestes [48] dicunt. Iunilius dicit.

Vs. 120. ***Strymoniae.*** Strymon fluvius Macedoniae vel Thraciae per duos alveos descendens [49] lacum magnum efficit. ***Amaris,*** amaro succo. ***Intiba.*** Hic intiba neutrum est et frequenter hic intibus; est intibus in singulari numero masculinum in plurali vero neutrum. Intiba vena quaedam pessima et nervi amari terrae. ***Officiunt***, nocent. — ***Fibris,*** fibrae summae partes iecorum sunt; nunc frumentum dicitur.

Vs. 121. ***Nocet*** frugibus. ***Pater***, Triptolemus [50] vel Iuppiter.

Vs. 124. ***Veterno,*** est morbus, qui et intercus dicitur, graece ὕδρωψ; hic ponitur pro pigritia. ***Torpore***, stupore. — ***Veterno***, morbi nomen, otio, pigritia, desidia hydropicorum, vel veternum torporem quendam corporis, quo quasi inveterascat corpus.

Vs. 125. ***Ante*** id est regna. ***Ante Iovem*** et reliqua. Iovem dicit fecisse ea quae in vituperationem veniunt, sed hoc loco defendit dicens *acuens mortalia corda* et reliqua. — ***Ante Iovem*** et reliqua. Dicunt Iovem commutasse omnia, cum bonus a malo non discerneretur, terra omnia liberius ferente, quod Calvus canit. Iunilius dicit. Subigo multos sensus habet. Subigo est fodio et subigo est exaro et subigo acuo, ut: ***subigit in cote secures.***

Vs. 126. ***Limite.*** Limes fossa in agro, quae inutilem concipit opinionem. Iunilius dicit. Limes est petrum, quod ponitur pro signo inter duos campos [51]. — ***Limite,*** termino. Inter limitem et terminum hoc interest, limes consecratus adeo terminus.

Vs. 127. ***In medium***, in commune. — ***Quaerebant,*** adquaerebant. —

Vs. 128. ***Liberius***, largius. — ***Nullo poscente,*** ferebat ultro, ut supra dixit in eclogis.

Vs. 129. ***Ille,*** Iuppiter. ***Virus*** venenum. ***Malum virus*** ad discretionem epitheton, nam virus et bonum et malum est sicut venenum, licet sub Saturno serpentes fuerunt, sed sine veneno.

Vs. 130. ***Moveri,*** navigari.

Vs. 131. ***Removit,*** non sustulit, sed occuluit [52].

Vs. 132. ***Rivis,*** quidam vini rivi fuerunt. Iunilius dicit. — ***Repressit***, inhibuit, hyperbolice loquitur.

Vs. 132. ***Extunderet,*** studiose reperiret; extunderet a fabris translatio. Iunilius dicit.

Vs. 134. ***Paulatim,*** bene paulatim, quia ars gradibus quibusdam excogitatur. Iunilius dicit. — ***Sulcis*** ductis aratro [53]. ***Frumenti,*** segetis, ***herbam*** periphrasis segetis [54].

Vs. 136. ***Alnos***, rates.

Vs. 137. ***Numeros,*** modos, ut dicerentur septemtrio septem stellarum.

Vs. 138. ***Pleïades*** [55] ortu suo primae navigationis tempus ostendit; Pleïades sunt stellae, quae in cauda tauri positae in vere oriuntur et vergiliae nuncupantur [56]. ***Hyadas,*** stellae quae in fronte tauri septem, ut Chaldaei tradunt, nutrices Liberi patris, appellatae, ut Musaeus scripsit, ab Hya fratre, quem in venatione interemptum fleverunt. Iunilius dicit. — Pleiades [57] sunt stellae in fronte tauri, quae et vergiliae dicuntur, dictae uergiliae, quod vernali tempore oriuntur; Hyades sunt in genu illius, quae et suculae dicuntur [58]. — ***Hyadas***, alii ab eo Hyadas esse putant, quod ortu suo pluviae nascuntur, quae a nautis suculae [59])

47) Cod.: pluviale. 48) Cod.: ct inseres et agrestes. 49) Cod.: discendens. 50) Cod.: treptolem'. 51) Limes est petrum — campos, in codice sunt a manu recentiore scripta. 52) Cod.: seclo aulit. 53) aratri. 54) segetes. 55) Plyades. 56) virgiliae nuucupant. 57) Pliades. 58) Cod.: setilae dnr̄. Verba Pliades sunt — dicuntur a manu recentiore sunt adscripta. 59) Cod.: syculae

dicuntur et in modum Y litterae in fronte tauri sunt. *Claram* quia non occidit, aut quia aliae non clarae. *Lycaonis Arcton* id est maiorem septemtrionem, quia minor cynosura [60]) dicitur. Lycaonis [61]) subauditur filia, id est ursa, in quam transfigurata est Caliston, Lycaonis filia.

Vs. 139. *Fallere* [62]) *visco* ad aves capiendas.

Vs. 140, *Funda*, genus retis fundendo dicti, unde fundatores dicuntur, quia lapidem stuppeis vinculis iaciunt, sic et iaculum dictum iactando. —

Vs. 142. *Alius,* piscator.

Vs. 143. *Rigor*, acies, ut: *rigido ense ferit;* rigor, durities, inde rigidus amor dicitur. *Lamina* [63]) plures per laminam dixit. — *Argutae,* stridulae serrae. Pernix discipulus Daedali serrae usum primus invenit. Iunilius dicit.

Vs. 145. *Artes,* Persius [64]): magister artis, ingeniique largitor venter negatus artifex sequi [65]) voces.

Vs. 146. *Inprobus*, magnus.

Vs. 147. *Prima Ceres* et reliqua. Omne agriculturae genus hominibus indicavit alii dicunt Osirim, vel Triptolemum aratrum invenisse obiciunt, sed aliud est omnem invenire agriculturam, aliud unam rem. — *Ferro*, vomere. *Prima Ceres* et reliqua. Cum enumeraverit ea quae ab Iove inventa sunt, alia quae ad usum arandi pertinent prima a Cerere inventa meminit.

Vs. 148. *Arbuta,* genus viminis rubra poma habens, quae Plinius unidoneas vocat.

Vs. 149. *Deficerent,* quia quercus mel adferebant. *Dodona*, civitas Epiri iuxta quam nemus Iovi consecratum et abundans [66]) glandibus, vel locus in Chaonia, ubi praecipue Iuppiter colebatur. Gallus dicit. — *Silvae,* quarum sterilitate significatur ceterarum fecunditas. *Dodona* quercum significat, quae commater illa Dodonaei Iovis. Iunilius dicit.

Vs. 150. *Mox et frumentis labor additus,* quia ante erat labor, sed tantum herbarum ut ciborum, postea accessit rubiginis labor.

Vs. 151. *Esset,* consumeret. *Rubigo*, genus vitii, quo culmi pereunt abusive, proprie vitium obscoenae libidinis, quod ulcus vocatur, ut Varro ait. — *Segnis*, inutilis, infecundus, quia segnes facit carduus ubi calcatur.

Vs. 152. *Subit aspera silva,* de herbis dicta.

Vs. 153. *Tribuli,* spinae. — *Nitentia,* viridantia [67]).

Vs. 154. *Infelix* ad discretionem earum, quae seruntur. *Dominantur avenae,* quod altius inter segetes crescunt, ideo dominantur dixit. — *Infelix*, quia nullum facit fructum, sed magis messibus obest. *Avenae,* herbae messibus nocivae.

Vs. 155. *Quod nisi* et reliqua. Haec superioribus addit, nam illic dixit *amaris intiba fibris. Insectabere*, insectaberis, id est nisi araveris. — *Rastris* raritatem denuum dicti, insectabere rastris haeret *amaris intiba fibris.*

Vs. 156. *Et sonitu terrebis aves*, haeret *inprobus anser.* — *Et ruris opaci falce premes*, haeret *aut umbra nocet.*

Vs. 157. *Premes*, supprimes, incides, compesces. *Falce premes umbras*, nisi falce temptaveris ramos. — *Votisque vocaveris imbrem*, haeret *humida solstitia.* Iunilius haec coniungit.

Vs. 158. *Heu*, o; suo more ingemit [68]) referens ad personam, de qua loquitur. — *Acervum*, multitudinem frugum. —

Vs. 159. *Quercu,* glandes ad victum colligendo.

Vs. 160. *Arma,* instrumenta, ut cerealia arma.

Vs. 162. *Vomis* et vomer vomeris faciunt, et ex eo dictus, quod trudendo vomat terram. — *Inflexi,* pro flexi, inflexi propter sulcos altius inprimendos.

---

60) cinosa. 61) licanis. 62) fellere. 63) In cod.: lāmina et lāminam 64) Perseus. 65) In cod.: ingenii largilor venlor negal' artifices sequi. 66) habundans. 67) viridentia. 68) ingemat.

Vs. 163. *Eleusinae,* civitas Atticae haud longe ab Athenis [69]), in qua quum regnaret Celeus [70]) et Cererem quaerentem filiam susciperet hospitio, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturae et ibi maxime colitur. *Plaustra,* vehiculum bubus aptum. — *Eleusinae,* Eleusinam ab Eleusine urbe Atticae, in qua Ceres adorabatur [71]). *Matris,* matrem autem Eleusiniam [72]) Cererem dicit, nam ut veteres patres deos dicebant, ita et deas matres, deam matrem vestram Cereremque. Iunilius dicit.

Vs. 164. *Tribula,* genus vehiculi, quo frumenta teruntur in areis [73]). *Iniquo,* gravi; iniquum ab inaequalitate dictum. — *Trahae,* genus vehiculi a trahendo dictum, quia non habet rotas. *Iniquo pondere,* quia quae iniqua sunt pondere praegravantur.

Vs. 165. *Celei,* Celeus antistes Cereris, Eleusinorum rex, non utique honestus, qui ex virgis habuit plurimam suppellectilem. — *Vilis,* quod vili pretio ematur suppellex usurpatum est nam artis est. Suppellectile est [74]) domus instrumentum.

Vs. 166. *Arbuteae crates,* coniunctae in se virgae. *Vannus* alveus ex viminibus factus, corio desuper tectus [75]), quo in areis rustici utuntur, discernentes fruges et paleas. Vannus dictus quasi annus, quod patens sit. — *Mystica,* quia mysteriis Liberi patris adhibetur, et mystica quia instrumentum purgationis est. *Iacchi* id est Bacchi. —

Vs. 170. *In burim,* buris dicta a bustione, igni enim flectitur. — *Buris* curvamentum aratri est dictum quasi bosura, quod in similitudinem caudae bovis. —

Vs. 172. *Binae aures,* duae quibus latior sulcus efficitur. — *Duplici,* lato. *Dentalia,* dentale [76]) lignum, in quo vomer inducitur.

Vs. 173. *Ante,* ante tempus necessarium caeditur, ut exsiccatum fiat leve. — *Iugo* id est ad iugum; *alta,* longa.

Vs. 174. *Stiva,* gubernaculum aratri, ut Nigidius ait. — *Currus,* rotas ideo currus ait, quia in Gallia et in Britannia et aliis regionibus aratra axes habent et rotas et sic arant. Iunilius dicit.

Vs. 175. *Et suspensa,* radicitus evulsa. — *Explorat,* siccat, bene agit, explorat, quia vitia materiae ex eo apparent. Iunilius dicit.

Vs. 176. *Possum,* iucunde commemorat abundantiam [77]) peritiae suae in rusticis rebus.

Vs. 177. *Tenuis,* subtilitatem studii ostendit.

Vs. 178. *Area* exaruisse dicitur carens humore [78]), ut in urbe area Vulcani dicitur. *Cum primis,* hysteroproteron posuit, prius enim manu terra vertitur [79]), deinde solidatur glarea [80]), postremo aequatur. Eventum da [81]). Bene triplicem ordinem facit, primo enim ait vertenda est area, post cylindro aequanda est, tertio creta tenaci solidanda. — *Cylindro,* lapide rotundo in modum columnae, qui volubilitate nomen accepit, quo area aequatur.

Vs. 179. *Creta,* alba terra.

Vs. 180. *Neu pulvere victa fatiscat,* hypallage est pro victa fatiscat in pulverem. *Pulvere fatiscat* i. e. in pulverem solvatur. — *Fatiscat,* dehiscat, crepet.

Vs. 181. *Inludant,* nocent. — *Exiguus,* debuit enim dicere parvus; exiguus namque cui aliquid ex debito detrahitur aut aliqua pars corporis aufertur, parvus vero mus natura [82]).

Vs. 182. *Domus atque horrea,* domus et horrea [83]) ait, ut copiam abrepti frumenti exprimeret. Iunilius dicit.

Vs. 183. *Capti,* caeci; *capti talpae,* mutavit genus, ut bucolicis: *timidi damae. Talpa,* genus bestiae.

Vs. 184. *Bufo,* rana terrestris nimiae magnitudinis. — *Plurima terrae,* talia purgamenta terrae.

Vs. 185. *Populat,* despoliat.

---

69) haut et atthenis. 70) Cod.: Caeteus, et paulo post: ospicio. 71) ares adorabat'. 72) eleusinam. 73) frumentale runtur tareis. 74) supellectilis. 75) Cod.: factū et tectū. 76) dentile. 77) habundantiam. 78) umore. 79) avertitur. 80) areo. 81) In his codicis verbis latere videtur: cylindro. Cf. quae sequuntur. 82) parve rotus naturae. 83) orrea, utroque loco.

Vs. 186. *Curculio.* Varro ait hoc nomen per antistichum [84]) dictum, quasi gurgulio genus bestiae, quae semper quaerit alienum auxilium. *Metuens formica,* non tantum ad formicas, sed ad generales pertinet. — *Inopi senectae,* senectuti, generale epitheton [85]) senectutis est.

Vs. 187. *Contemplator* futuri temporis imperativus modus. *Plurima,* longa abellana id est amygdala, ut plurima cervix. — *Contemplator* item prognosticon est anni futuri fertilis vel infecundi. *Plurima,* longa, amygdalum vult intellegi.

Vs. 188. *Inducet,* se infundet. — *Et ramos curvabit,* propter pondus pomorum; bene elegit arborem, quae primo foliis vestitur.

Vs. 189. *Si superant foetus,* si abundat [86]) nux. — *Pariter,* similiter, itidem.

Vs. 190. *Calore,* aestate, aestum nimium fore dicit.

Vs. 191. *Exuberat,* fluit, abundat [86]).

Vs. 192. *Nequicquam* pinguis, non pingues in frugibus. — *Paleae,* paleam contra artem dixit, quia quae ex pluribus constant [87]) numeri sunt [pluralis] [88]), ut cancelli, paleae. *Culmos,* strages piscarum.

Vs. 193. *Semina vidi,* incipit dicere de medicamentis; leguminibus medicare pro medicamentis adspergere. — *Serentes,* serere volentes.

Vs. 194. *Nitro,* aqua ut puto. — *Amurca,* humor [89]) expressus ex oleo, id est feces olei. —

Vs. 195. *Fallacibus,* quae fallere plerumque solent.

Vs. 196. *Et quamvis* et reliqua. Ordo: quamvis cito coquerentur, vidi ea tamen degenerare.

Vs. 197. *Spectata,* probata; *labore* hominum, ut *rebus spectata iuventus.*

Vs. 198. *Ni,* nisi.

Vs. 201. *Lembum,* naviculam brevem.

Vs. 202. *Subigit,* sursum [90]) agit, remiget, inpellit, urget.

Vs. 203. *Alveus* media pars amnis, et maxime altissima. — Sensum parabola finit.

Vs. 204. *Praeterea,* astrologiam rusticam dicit; *Arcturi,* periphrasis est pro Arcturi sidus. — *Arcturi,* septemtrionis, cuius ortu tempestas fit, vel stellae in signo Bootae.

Vs. 205. *Hoedorum.* Antiqui antequam adspiratio esset inventa, f littera utebantur, et quod nos dicimus hoedi, illi foedi dixerunt, et nos fortuna, illi ortuna, et ideo postquam inventa est, hoedi dicuntur. — *Hoedorumque dies.* Auriga signum est haud [91]) longe a septemtrione, cuius pedem cornu tauri una stella adiungit. *Lucidus anguis.* Tres sunt angues in coelo, unus inter septemtrionem, alter Ophiuchi [92]), tertius australis, in quo crater et corvus, de quo nunc proprie dicitur.

Vs. 206. *Vectis* id est hi sunt qui vehuntur.

Vs. 207. *Ponti,* regio Asiae. *Ostriferi,* in quo ostreae multae sunt. — *Abydi.* Sestos [93]) et Abydos civitates Hellesponti, quae angusto et periculoso freto [94]) segregantur, vel *Abydi,* emcule sunt [95]), unde fit purpura.

Vs. 208. *Libra,* aequinoctium autumnale, in quo sol in libra [96]) sit, vernali enim in ariete. Varro scripsit, *ab aequinoctio autumnali nobis serendum usque ad diem XC. post brumam.* — *Die* pro diei. *Die somnique* antitheton, diei somnum reddidit non nocti venus enim per somnum significat, quia per id tempus diei somno opera datur. Iunilius dicit.

Vs. 209. *Luci atque umbris,* idem antitheton [97]) nam luci umbram noni nocti reddidit.

Vs. 210. *Exercete viri tauros,* observat praedicta, ut *taurus aratro. Hordea* [99]) usurpative tres casus tantum pluralis dicuntur. — *Serite hordea* [98]), notandum, quod frumenta autumno serenda dicat, legumina vero vere.

---

84) antesti c̄. 85) Haec tali modo in codice leguntur: Inopi genali senecte senectuti aepite tonsc nectutis. 86) habundat. 87) constat. 88) Hoc voc. in cod. deest. 89) umor, in cod. ut fere ubique etiam hic. 90) susum. 91) hoc. 92) Cod.: offieu. 93) esto. 94) fretu. 95) Haec in cod. sic scripta: ēcule s unde. 96) libero. 97) anteton. 98) ordea.

Vs. 211. *Usque sub extremum brumae.* Brumae a breviore meatu [99]) solis dicta bruma finitur VIII. Kalend. Ianuar. Non ad [1]) brumae finem dicit esse serendum, id est non usque ad ipsam diem, quamvis aliter scripsit Varro. — *Intractabilis,* durae. —

Vs. 212. *Et cereale papaver,* quod inter frumenta sit, vel verius, quod eo Ceres curam levaverit lugens filiam suam somno impleta. Iunilius dicit. — *Segetem,* semen.

Vs. 213. *Tegere*, seminare. — *Et iamludum,* pro quam primum.

Vs. 214. *Dum sicca tellure licet,* i. e. antequam pluviae immineant [2]). — *Dum nubila pendent,* dum serenitas est. Dicit, hoc tempore serendum, quando non pluit, sed inminent pluviae.

Vs. 215. *Vere fabis*; haec faba fit, fabis vere inusitata declinatio est, at Commianus ait. *Medica,* quam Xerxes [3]) pugnans ad Medos rapuit, vel translatio est. In Graeciam naturamque huius herbae respicit; uno enim anno seritur frequenter [et] procreatur. — *Satio,* semen. *Medica,* herbae species.

Vs. 216. *Milio,* milium nigrum est, quod ad pabulum bovum seritur. — *Venit annua cura,* medicae ostendit non esse curam.

Vs. 217. *Candidus,* non enim a capite sed dorso oritur, id est in medio sui apparere incipit, non a fronte, vel quod Aprili mense sol in tauro est. — *Auratis*, aura plenis, id est rorolentis [4]), vernum tempus significat. *Aperit,* bene aperit, quia Aprilis aperiendo dicitur.

Vs. 218. *Adverso astro,* quidam male accipiunt, sirium ardorem [5]) illum, sitim morbosque [6]) ferentem mortalibus aegris; alii adverso astro ad ipsum canem referunt, sed ad solem, qui adversus intellegitur ex eo, quod contra mundum nititur, sed magis intellegere nos convenit adverso astro taurum dici, cum quo canis occidit, quia *Nigidius* ait, taurum adversum inter sidera locatum, quod posteriores eius partes, quae primi veris sunt, humidiores habentur, priores autem, ideo quia aestate existant, sicciores. Iunilius dicit.

Vs. 219. *Robustaque farra,* plus enim virium habent, quam legumina, et tempore, quo Atlantides occidunt, sunt serenda. —

Vs. 221. *Eoae,* orientes; *eoae absconlantur* id est matutino occasus faciunt, nam cum sol in Scorpione est XV. Kalend. Mai. vergiliae [7]) occidunt. Iunilius dicit. *Atlantides* id est Pleiades [8]), hoc est vergiliae, et sunt sex, quarum nomina Alcyone, Merope, Celaeno, Electra, Asterope, Taygete [9]). — *Atlantides* aliquando septem, aliquando sex videntur, in Novembri non videntur a nobis, absconduntur [10]) in Novembri.

Vs. 222. *Gnosia*, cretica. — *Coronae,* corona XII signis proxima corona, quia liber pater Ariadnen filiam Iovis, uxorem suam cum corona in caelo dedicavit, quam coronam Vulcanus abstulit ad uxoris insigne et inter sidera collocavit [11]). Iunilius et Gaudentius dicit.

Vs. 224. *Invitae terrae.* Terra enim quando aratur, quasi vulnera quaedam patitur.

Vs. 225. *Maiae* id est Atlantidum, quia de illis una est Maia, una de vergiliis, sed per unam omnes intellegimus, tropus synecdoche. —

Vs. 226. *Avenis,* avenis, calamis.

Vs. 227. *Vilemque phaselum*, plurimum, abundantem [12]). Omne enim quod abundat, vi dicitur; siliqua [13]) genus leguminis, quod nos phaselum dicimus.

Vs. 228. *Pelusiacae,* Alexandrinae, non pretiosae, de oppido Pelusio in Aegypto, ubi lentis magna est [copia] [14]). Moris est poëtis epitheta rebus dicere aut a loco, ubi nascuntur, aut ubi optimae sunt, aut ubi plurimae. Lentis autem ut uiti cula quidam, lens ut dens. — Pelusium Graece dictum a luto vel humore aquae et hoc oppidum apud Alexandriam Nilo irrigatur Pelusiaco, vel unum de septem ostiis [15]) Nili. *Aspernabere,* aspernaberis.

---

99) metatu. 1) Cod.: finit. VIII. K. iān. n. ad 2) Cod.: inminant. 3) Xerses. 4) Sic in cod. Fortasse pulverulentis scribere voluit. 5) odorem cf. Aeneid. X, 275. 6) morboq;. 7) Cod.: est. XV. K. maī. vergilie. 8) pliades. 9) caugere. 10) abscondantur. 11) Haec in cod. valde corrupta. Vide Servii Burmanniani cod. G. 12) habundanter. 13) siliquia. 14) In cod. cópia deest. 15) hostiis.

Vs. 229. *Cadens*, verno tempore occidens. ***Bootes*** caeleste sidus, cuius occasus tarde videtur, decidit enim cum quattuor tauro, geminis, cancro, leone, quare hic primam partem occasus eius, id est cum tauro intellegi oportet, ut vere legumina seri indicentur non aestate. IUNILIUS dicit.

Vs. 230. *Ad medias.* Omnia complexus est tempora, vernum, quo legumen seritur, autumnum, quo frumenta, et multi volunt hanc partem astrologice librasse [16] Vergilium. — ***Pruinas,*** pruina eos matutino tempore congelatus.

Vs. 231. *Idcirco* i. e. ut serve sidera per duodena propter annum divisum in quattuor tempora, XII signa, XII menses. — ***Dimensum,*** ordinatum.

Vs. 232. ***Mundi sol,*** an mundi astra et caeli menses et sidera serva astra menses.

Vs. 233. ***Zonae,*** translative, nam proprie zonae in terra, sed pro parallelis eas posuit [17], id est circulis.

Vs. 235. *Extremae* zonae, septemtrionalis et australis. IUNILIUS dicit.

Vs. 237. ***Duae,*** solstitialis et australis. IUNILIUS dicit.

Vs. 238. ***Via secta,*** zodiacus circulus, quem nos signiferum dicimus. IUNILIUS dicit.

Vs. 239. ***Ordo***, circulus.

Vs. 240. ***Mundus*** pro caelo, nam mundi nomine quattuor elementa continentur, ignis, aër, aqua, terra; iam definitio est nostri climatis, id est habitationis, quae a septemtrione incipiens in australem desinit plagam [18]. ARATUS et IUNILIUS dicit. — *Ad Scythiam* dicit, cuius montes sunt Rhipaei [19].

Vs. 242. ***Hic vertex,*** septemtrio, in hac parte in septemtrione arctos astrologi nullam picturam designant. — ***Nobis semper sublimis,*** haec pars mundi semper a nobis videtur. — *Illum* i. e. mundum.

Vs. 243. ***Sub pedibus Styx,*** id est axem notion, id est australem, qui nunquam [20] nobis videtur, sicut Boreus [21]. — *Styx*, quasi de inferis.

Vs. 245. ***Circum perque duas,*** circum enim et per utramque labitur, maiorem cauda tangens alvoque complectens minorem *in morem fluminis.* — ***Duas arctos, arctos oceani metuentes,*** hae duae pellices Iunonis fuisse dicuntur, quas postquam Iuppiter in sidera rettulit, Iuno rogavit Tethin, suam nutricem uxoremque Oceani, ne unquam pateretur occidere, inde nunc metuentes dicit. GAUDENTIUS dicit.

Vs. 247. ***Illic ut perhibent*** et reliqua. Hic variae philosophorum opiniones. Alii dicunt, a nobis abscedentem solem ire ad antipodas, alii negant et volunt illic tenebras esse perpetuas. ***Obtenta***, longa. — ***Intempesta,*** non apta vel profunda; medium noctis tempus ideo intempestum, quia nulli rei tempestivum est, id est aptum aut maturum, et ***obtenta*** iuxta Epicurum [22] dubitat de ea causa, quae nobis ortum, illis occasum.

Vs. 249. *Aurora,* sol.

Vs. 252. ***Hinc,*** ex ratione astrologiae etiam conclusio, nam hoc dicit, non sine causa intuemur siderum ortus et occasus, hinc universa nascuntur. GAUDENTIUS dicit.

Vs. 254. ***Infidum,*** periculosum. ***Inpellere,*** navigare. — ***Marmor,*** aequor, märe.

Vs. 255. *Armatas,* aeratas [23].

Vs. 256. ***Tempestivam,*** opportunam, ***evertere,*** incidi. — ***Tempestivam silvis evertere pinum,*** i. e. quo tempore incipi debeat.

Vs. 257. ***Signorum,*** siderum.

Vs. 258. ***Parem,*** verno, aestivo, autumno, hiberno. — ***Diversis,*** quid tam diversum, quam aestas et hiems [24].

Vs. 259. ***Continet,*** prohibet.

Vs. 260. ***Multa forent*** et reliqua. Ordo est: multa maturare datur, quae forent in

16) liberasse. 17) paralelo es posuit. 18) plaga. 19) riphei. 20) Cod.: axē otion idē australēq; nūquam. 21) Excidit: a nobis semper videtur. 22) epicorum. 23) Haec a recentiore manu in codice sunt adscripta. 24) hiēps.

serenitate celeriter properanda, nam male quidam *forent* esse pro [futuro tempore] [25] semper volunt, ut sit sensus: multa sunt properanda, quae maturare datur.

Vs. 261. *Maturare* id est celeriter facere. Hoc verbum duas habet significationes. Dicitur enim maturare tarde, hoc est sensim aliquid facere, et dicitur pro velociter; hic ergo duo sensus possunt accipi, ut de velocitate ait maturare fugam. Iunilius dicit. — *Procudit*, tundendo dicitur extenuat [26].

Vs. 262. *Lintres* duas significationes habet; sive naves significat, sive vasa concava, in quibus premuntur uvae. Iunilius dicit.

Vs. 263. *Aut*, deest facit; *pecori signum*, characteres, quibus pecora signantur. — *Aut numeros inpressit acervis*, tesseras, quibus frumentorum numerus signatur.

Vs. 264. *Exacuunt alii vallos*, ut *acuto robore vallos* in secundo libro.

Vs. 265. *Amerina*, urbs Italiae in Vestinis est, circa quam vimina multa nascuntur, quibus vites ligantur. Iunilius dicit.

Vs. 266. *Facilis*, flexibilis; *fiscina*, in qua caseum premitur. — *Rubea*, Rubi oppidum in Apulia hoc genere viminis abundans [27]. Iunilius dicit.

Vs. 267. *Nunc torrete* et reliqua. Quibusdam videtur hic hysteron proteron esse, sed non est, quoniam Vestae sacrificium XV. Kalend. Mai. [28] celebratur, quo tempore necdum maturae segetes inveniuntur, et prius torrentur id est siccantur, inde moliuntur. — *Torrete*, praeparate panem, frangite, molite.

Vs. 269. *Fas* ad homines, *iura* ad deos. — *Rivos deducere*, siccare, nam inrigare inducere dicitur.

Vs. 270. *Relligio*, divina humanaque, nam ad religionem pertinent, fas ad homines, iura ad deos, qua fas divinum, ius humanum. Iunilius dicit.

Vs. 271. *Insidias avibus moliri*, non de aucupationibus loquitur, sed iubet a satis prohiberi, ut *nihil inprobus anser*. — *Vepres*, masculini generis.

Vs. 272. *Balantum*, syncope pro balantium; *mersare*, mundare, mergere. — *Fluvio salubri*, nam dicit in tertio libro scabie temptari nisi laventur [29].

Vs. 274. *Tardi*, onusti, *aselli*, asini. — *Agitator*, verberator, ab agendo dictus.

Vs. 275. *Incussum*, inconpositam molem significat. Iunilius dicit. *Aut atrae massam picis urbe reportat*, quia pix in agris nascitur, et in urbe retractata in agrum a plerisque reportatur. — *Incussum*, reparatum, refectum, perforatum. Gaudentius.

Vs. 276. *Ipsa dies*, omnibus diebus expressit Hesiodus, quam rem iste praelibat [30]. — *Ipsa dies* et reliqua. Ordo est: ipsa luna alios dies alio ordine dedit felices, sed alios aliis rebus aptos. Iunilius dicit.

Vs. 277. *Felices operum*, ad sumenda opera. *Pallidus*, quia pallidos facit. — *Quintam*, dicitur hic numerus Minervae esse consecratus, quam sterilem esse constat [31], unde sterilia omnia quinta luna esse nata dicuntur. Gaudentius dicit. *Orcus*, infernus, quidam cum aspiratione legunt. —

Vs. 278. *Eumenides*, steriles vel propria dearum [nomina] [32]. *Eumenides, κατ' εὐφημισμόν* Eumenides vocantur. — *Satae*, filiae; *nefando*, sacrilego.

Vs. 279. *Coeum* poëta [et] *Iapetum* pro gigantes. *Saevum*, saevus multa significat, sed hic crudelis, aliquando fortem, ubi *saevus iacet Hector*, aliquando potentem, ut *saevae memorem Iunonis ob iram*. Iunilius dicit. — *Typhoea* [33], a loco gigas.

Vs. 280. *Et coniuratos fratres*, Aloides dicit Othon et Ephialtem gigantes.

Vs. 281. *Conati* pro difficultate. *Pelio Ossam*, montes Thessaliae.

Vs. 282. *Ossae*, monti; *involvere*, ut magnitudinem exprimeret dixit, ut *totasque advolvere foces ulmos*, — *Olympum*, mons.

Vs. 283. *Pater*, Iuppiter.

---

25) Haec verba in cod. desunt. 26) cudendo dicitur exterrat. 27) habundans. 28) XV. K. Maī. 29) labuntur. 30) Cod.: proliba. 31) Constant. 32) Hoc voc. in cod. deest. 33) Typhea.

Vs. 284. *Septima post decimam felix,* felix quidem septima est, sed felicior decima. Gaudentius dicit. — *Septima post decimam* id est XVII, aut septima sola, aut post decimam sequens septima, ut sit felix fugae, navigationi [34]), furtis, bellis. Iunilius dicit.

Vs. 285. *Licia,* pluraliter, ut in bucolicis *licia circum.*

Vs. 287. *Multa adeo* et reliqua. Diligens divisio temporum; primo enim quattuor partes anni exsequutus est, deinde dies lunares, modo horas, in quas et dies noxque dividitur. Iunilius dicit. — *Adeo*, valde. *Nocte* nomen est; Horatius enim iunxit praepositionem, ut *de nocte latrones;* noctu autem adverbium est, ut Salustius *diu noctuque laborare.*

Vs. 288. *Eous,* oriens. — *Eous*, stella Veneris; alii Iunonis, alii Caelei et Aurorae filium tradunt, qui cum Venere pulchritudine contendit, sed magis Veneris stella est.

Vs 291. *Quidam* pro aliquis; quidam enim persona est certa.

Vs. 292. *Inspicat,* acuit, findit, incidit ad species aristarum.

Vs. 293. *Solata,* bene solata, ut in bucolicis: *cantantes licet usque minus via laedit eamus.* Iunilius dicit.

Vs. 294. *Arguto,* resonanti.

Vs. 295. *Aut dulcis;* hic versus longior est una syllaba, sed sine vitio. Iunilius dicit. — *Vulcano,* igni; *decoquit humorem* id est uvam passam facit.

Vs. 296. *Trepidi,* exultantis, ferventis, bullientis.

Vs. 297. *Ceres,* hic metonymice Ceres pro frumento ponitur, hic tamen ingratiorem eam reddit, quod subiungit *succiditur.* Iunilius dicit.

Vs. 298. *Tostas,* exustas.

Vs. 299. *Nudus ara,* iuxta Hesiodum, adeo sereno caelo, ut amictum contemnere possis; *hiems* [35]), frigitur. — *Sere,* imperativus modus. *Ignava colono*, ignavos facit colonos.

Vs. 300. *Parto,* paratu.

Vs. 301. *Mutua convivia,* ut Lucretius mutua inter se mortalia ineunt. —

Vs. 302. *Genialis hiems* eo quod in hieme homines ingenio suo utuntur; geniales homines ab antiquis appellati sunt, quod ad invitandum et largius parandum cibum et quae consequuntur promptiores essent. Iunilius dicit. — *Genialis,* voluptuosa, convivalis. *Curasque resolvit,* nam X Kalend. Februarias [36]) frugum lustrum faciunt.

Vs. 303. *Pressae* onustae; *ceu pressae* et reliqua, ut solet sensum similitudine clausit [37]). Iunilius dicit.

Vs. 304. *Coronas,* funes.

Vs. 305. *Quernas*, ex quercu colore; *stringere*, decutere. — *Quernas*, mons Macedoniae et derivativum a quercu, tamen usu magis quam [38]) ratione, ut colornum a corylo.

Vs. 306. *Cruentaque myrta* i. e. de sanguine Adonis, vel quod succum [39]) cruori similem habeant, vel quod belli tempore in hastilia [40]) fiunt.

Vs. 307. *Pedicas,* laqueos, quibus pedes inlaqueantur.

Vs. 308. *Auritos* aures grandes habentes; *sequi* ab equis. — *Figere,* venari.

Vs. 309. *Baleares*, Baleares insulae Hispani maris, vicinae inter se, ubi primum dicitur fundae militaris usus inventus esse.

Vs. 310. *Cum nix*, χαχέμφατον. *Nix alta*, nive onusta.

Vs. 311. *Quid tempestates autumni,* verno et autumnali [tempore] tempestates fiunt, quia nec plena [42]) aestas nec hiems; inde in hoc confini tempestates efficiuntur. — *Sidera,* frigore.

---

34) navigatione. 35) Fere semper in cod.: hiemps scribitur. 36) X. K. Febr. 37) Clusit. 38) usum quā. 39) sucum. 40) inastilia. 41) Tempore deest in cod. 42) plana.

Vs. 313. *Vigilanda* id est vigilanter et mature facienda. Iunilius dicit. *Ruit,* praecipitatur vel intermisit. — *Imbriferum ver,* utrum perpetuum veris est epitheton, an si forte imbriferum fuerit.

Vs. 314. *Spicea* de maturis frugibus abusive dicimus, nam proprie spiceus est cum [per] folliculum id est extremum tumorem aristae [eminent][43]. Gaudentius dicit. — *Inhorruit,* densata est.

Vs. 315. *Lactentia*, adhuc tenuia et lactis plena. Varro in libro divinarum dicit, deum esse lactantem, qui se infundit segetibus et eas facit lactescere. — *Stipula,* stipulam pro culmo posuit, scilicet versu tertio culmum dicturus. *Lactentia,* lactans qui lac praebet[44], lactens cui praebetur. *Turgent,* inplentur.

Vs. 317. *Stringeret*, destringeret[45] et meteret, ut ubi *densas agricolae stringunt frondes.*

Vs. 318. *Omnia* pro omnium.

Vs. 320. *Sublimem* pro sublime. — *Turbine nigro,* tempestate noxia.

Vs. 321. *Ferret,* auferret[46], agitet; *hiems,* hiemem pro tempestate posuit. — *Culmum,* stipula, stipulas, folia.

Vs. 322. *Aquarum,* pluviarum.

Vs. 323. *Et foedam,* passim de ea foeda.

Vs. 324. *Ex alto,* a septemtrione, ex aquilone qui altus et facit tempestates gravissimas, quia auster humilis. Gaudentius dicit. — *Ruit arduus aether,* cum impetu venti et tonitrui venit.

Vs. 326. *Diluit,* diligit, dissolvit. — *Et cava flumina crescunt,* ad alveum retulit fluviorum.

Vs. 327. *Fretis spirantibus,* reciproco spiritui.

Vs. 328. *Ipse pater*, Iuppiter, pater non addidit quorum. — *Media nimborum,* ne temporis esse fulmina crederemus et non subitarum tempestatum. *In nocte* pro tenebris vel tempestate posuit. *Corusca*, correpte ut ultima.

Vs. 329. *Fulmina,* unum fulmen est, quod colorat, aliud quod incendit, aliud quod transfigit, aliud [quod adflat][47] *ex quo me divum*[48] *pater atque hominum rex*[49] *adflaverat* *). — *Molitur,* bene molitur, ut videatur terrere; *maxima,* tota.

Vs. 330. *Terra tremit,* quatitur, movetur. — *Fugere ferae,* passim disperguntur.

Vs. 331. *Per gentes humiles*, humiles facit. — *Humilis pavor,* quod humiles facit.

Vs. 332. *Athon.* Potest adfectus ordo videri crescente numero syllabarum per aucta montium[50] nomina, quod genus et apud Homerum industrie factum invenitur, cum idem versus ab una syllaba incipit [et] usque ad quinque decurrit. Iunilius dicit. — *Aut Athon aut Rhodopen*, montes Thraciae duo; *Ceraunia* mons Epiri iuxta Amaticam.

Vs. 333. *Deicit,* ferit, percutit, resonat. — *Ingeminant austri,* post enim ful[mina] ventus[51] et pluvia in montibus fiunt.

Vs. 334. *Plangunt,* percutiuntur.

Vs. 335. *Caeli menses*, duodecim signa, quibus menses agnoscuntur. *Sidera*, planetas. — *Caeli menses,* quasi caeli motus et cursus. Iunilius dicit. *Serva,* custodi, tene, intellege. —

Vs. 336. *Frigida,* nociva et contraria. *Frigida,* satis cognitum est, Saturni stellam frigidam esse et ideo apud Iudaeos Saturni die frigidos cibos esse. *Quo stella* Mercurii[52]. — *Frigida,* frigidam dicunt, quod sit glacialis, pestilis, grandinosa, atrox, permotabilis.

Vs. 337. *Quos ignis*[53] et reliqua pars Mercurii, pars Apollinis. — *Cyllenius*, Mercurius, quia in Cylleno monte Arcadiae natus esse Mercurius dicitur. Gaudentius dicit.

---

43) Voce. in parenthesi posita desunt in codice. 44) lacte prerupet. 45) distringeret. 46) auferet. 47) Desunt in cod. 48) medium pater. 49) erum. *) Cf. Aeneid. II, 648. 50) per aur. io monciū. 51) enim fulnentus. 52) stellam mercurii. 53) quo signis.

Vs. 338. *Venerare,* mero et thure sacrificare. — *Annua,* anniversaria. *Magnae,* bene ut mutat religionem agricolis.

Vs. 339. *Refer,* reddes. *Operatus*, dans operam conviviis, cum cuncta opera conpleveris sed ipsius anni.

Vs. 340. *Sub casu*, decursu vel fine. — *Sub casu,* pro occasu, ut *suadentque cadentia sidera somnos,* pro occidentia.

Vs. 341. *Mollissima vina,* dulcia, iucunda, asperitate carentia et vetustate sed ipsius anni. Iunilius dicit.

Vs. 342. *Densae*, subcrescentibus frondibus densantur umbrae.

Vs. 343. *Tibi,* tibi in honorem, in tuam gratiam.

Vs. 344. *Dilue*, offer, desolve. — *Baccho,* vino.

Vs. 345. *Ter*, deus numero inpari [54]) gaudet. — *Felix*, fecunda, quasi sua sponte inmolaretur. Iunilius dicit.

Vs. 346. *Chorus,* chorus est proprie coaevorum cantus, ut alibi chorus ille senum, hic multitudo.

Vs. 347. *Nec ante,* ordo est, antequam det.

Vs. 349. *Cereri*, habens in memoria victum priorem, quum homines glandibus vescebantur. — *Redimitus.* coronatus.

Vs. 350. *Motus,* saltationem [55]) aptam religioni, nec ex ulla arte venientem. Gaudentius dicit. — *Inconpositos* synlipsis, quia inconposita etiam ipsa carmina intelleguntur. *Carmina,* hymnos.

Vs. 351. *Discere* [56]), haeret caeli menses et sidera serva.

Vs. 352. *Aestus* pro serenitatibus posuit.

Vs. 353. *Menstrua*, unde et μήνη dicitur.

Vs. 354. *Caderent,* flare desinerent.

Vs. 355. *Propius stabulis* est longe a stabulis.

Vs. 356. *Surgentibus,* flare incipientibus.

Vs. 357. *Aridus,* quia sicca et arida quaeque ligna facile franguntur; *aridum* pro sonanti ponitur.

Vs. 359. *Misceri* pro turbari.

Vs. 360. *Male temperat,* pro non temperat vel non abstinet, non sibi parcit, id est unda furiosa.

Vs. 361. *Celeres,* celeriter. — *Revolant,* festinant.

Vs. 362. *Marinae,* ad discretionem fluvialium.

Vs. 363. *Fulicae,* quas vulgo fulliculos dicunt.

Vs. 364. *Ardea,* quasi ardua avis, quam vulgo *nosarapam* [57]) vocant dicta ab eo quod cum vocem emittit oculi eius ardescunt; alii putant dictam [58]), quod ardua crura habeat, id est alta, vel quod ardue id est alte volat.

Vs. 365. *Inpendente,* inminente.

Vs. 366. *Praecipites*, utrum pro celeritate, an potius, quia sic a nobis videntur. —

Vs. 367. *Flammarum* et reliqua. Stellarum purgamenta cadentia ventum denuntiant. Fit enim hoc ex abundantia fluctuosa, quae dicitur densitas aëris, unde venti veniunt,

Vs. 369. *Conludere,* conmovere, ut *ludere pendentes.* — *Plumas,* quascunque plumas, nisi forte *papos* significat, id est cardui florem plumeum, Aratus ait.

Vs. 371. *Tonat,* ubique pluit.

Vs. 373. *Legit,* colligit; *inprudentibus* pro nescientibus posuit, id est nunquam nescientibus; *offuit* totis praecedentibus signis, vel verius valde prudentibus.

Vs. 374. *Illum surgentem* aërem. *Vallibus imis,* grues valles petunt.

---

54) inpara. 55) salutacionem. 56) Discedere. 57) quam vulganosarapam vocant. 58) dicto.

Vs. 375. *Aëriae,* Lucretius ait aëriae primum volucres, quod alte volent. — *Fugere* propter hiemis signum.

Vs. 376. *Patulis,* patulis, apertis; *captavit,* suscepit.

Vs. 377. *Arguta,* stridula, personans. — *Lacus circumvolitavit hirundo*, aestatis signum.

Vs. 378. *Veterem,* solitam; *et veterem in limo ranae,* Modestus ait Lycios pastores, qui Latonae sitienti [59]) aquam denegassent in ranas conversos, et Ovidius ait, Ceres quum Proserpinam quaereret ad fontem venisse, et reliqua. — Alii dicunt ranas per abundantiam aquae [60]) extra paludes pelli et serpentibus cibos esse aut alioquin interire. Gaudentius dicit. Ranas namque dicunt ad tempestatis adventum querelam [61]) excipere. Querela est vox muta, ut omne querelis [61]) inpleri nemus Iunilius dicit.

Vs. 379. *Extulit ova.* Ubi frigidus est aër, terra spissescit, et si qua habet caloris semina, intrinsecus cogit, ex quo accidit, ut hieme aqua puteana calidior sit, ergo inminente pluvia frigidior aëre humus inferior vaporatur, qua propter mirum non est, si formicae, quae sub terra vivunt, ex repentino calore pluviam [62]) praesentientes ova proferant. — *Extulit,* sursum [63]) tulit.

Vs. 380. *Et bibit,* vulgare proverbium esl. *Bibit ingens* i. e. duplex.

Vs. 381. *Arcus.* Iris enim ex Oceano bibit, i. e. pluvias repetit. — *Agmine magno,* translative multitudinem, de corvorum multitudine dixit.

Vs. 382. *Asia*, palus; *circum,* adverbium [64]). — *Asia prata* vocantur circa Caystrum fluvium, qui est in Lydia. Iunilius dicit.

Vs. 383. Ordo est: circum Asia prata dulcia in stagnis Caystri rimantur, iucunda translatione usus est; proprie rimari sues dicuntur. Iunilius dicit. — *Rimantur,* quaerunt, vel altius pascuntur, ut alibi: *rimanturque epulis, Caystri,* deest videas. *Caystri,* fluvii.

Vs. 385. *Certatim largos humeris infundere rores,* deest videas, hic praesagantis est non imperantis.

Vs. 386. *Nunc caput* [65]) et reliqua. Sicut homines laetitiam suam verbis ostendunt, ita aves corporis gesticulatione exprimunt.

Vs. 387. *Incassum*, frustra enim humor pennarum densa levitate suspenditur, ut minime corpus pertingunt. — *Gestire,* velle.

Vs. 388. *Tum cornix* et reliqua. Notandum cornicem solam praedicere pluviam, corvus vero plures vocat denuntiat. — *Plena,* rauca eius naturam; *inproba,* ut *inprobus anser.*

Vs. 389. *Et sola*, tum enim dat signum, cum sola est. — Posuit aves praediscere futura, quae in aëre vivunt.

Vs. 390. *Nec nocturna quidem* et reliqua. Ne puellae ignoraverunt pluviam futuram nocturna pensa recarpentes, cum viderint scintillare oleum timore pluviarum.

Vs. 391. *Testa,* lucernam pro vilitate noluit nominare, nec lychnum, ut *dependent lychni* [66]).

Vs. 392. *Fungos* globos. Plinius dicit, quum frigus aëris esse coeperit, [favilla quae cum fumo solet egredi,] [67]) prohibita aëris crassitudine in lucerna residet et quasdam velut fungorum imitatur imagines.

Vs. 393. *Nec minus ex imbri soles,* signum serenitatis. — *Serena,* serenum a serando [68]) id est aperiendo dicitur, id est reserando.

Vs. 394. *Prospicere,* quia sicut cognoscitur caelo tempestuoso [69]) serenitatem futuram, ita et sereno tempestas.

Vs. 395. *Obtunsa.* Perseveravit in translatione, nam cum dixisset aciem, non obtunsam addidit. Iunilius dicit.

---

59) latanae sicienti. 60) habundantiā que. 61) q'uerellam — querellis. 62) pluvia. 63) susum, ut semper. 64) adumbium. 65) Nuncapud. 66) voluit—licinum ut dependentes lichini. 67) In parenthesi posita ex Servio hausi. In cod. desunt. 68) serenū da serando. 69) tempestivo.

Vs. 396. *Fratris,* Solis; ergo non absurde hic videtur duo tempora dixisse, nocturnum et diurnum. IUNILIUS dicit. — *Obnoxia,* quia ab illo accipit lumen, vel pro eo quod noceat id est eclipsin dicit. IUNILIUS dicit.

Vs. 397. *Tenuia,* nebulae dicuntur, quae inminente tempestate ob nimiam levitatem vento in aëre iactantur; vel aranearum texturas dicit, quae [70]) inminente tempestate per aëra rumpantur. IUNILIUS dicit.

Vs. 398. *Pennas* [71]) in littore pandunt.

Vs. 399. *Alcyones*, aves marinae. — *Alcyones,* Alconesci et Luciferi filius habuit uxorem Alcyonen, a qua cum prohibitus esset [et ivisset] [72] ad consulendum [73]) Apollinem de statu regni sui, naufragio periit; cuius corpus cum ad uxorem delatum fuisset, illa praecipitavit se in pelagus, quos Tethis ambos in aves convertit, marinaeque Alcyones vocantur. — *Solutos,* qui solvuntur, vel soluto ore i. e. nimium patenti. — Aliter: Alcyon cum sororem suam incestaret [74]) et eam gladio perimere vellet, et tunc Tethis miserata eos aves marinas fecit. Alcyones omnibus nymphis dilectae sunt, nam novem diebus, quibus fetus in mari faciunt nulla aura [75]), nullusque ventus consurgit, vel septem ut alius ait, tertio die pullamina excluduntur, quarto foventur, quinto plumis vestiuntur, sexto alis emoventur, septimo volatui ostenduntur. Quod in GLOSSEMATIBUS [*]) inveni.

Vs. 400. *Inmundi,* nimis [76]) sordidi, quia luto gaudent. *Iactare,* deferre, proicere. — *Maniplos,* quicquid manus includit maniplus [77]) dicitur.

Vs. 401. *Ima petunt*, deprimuntur ad valles.

Vs. 403. *Noctua,* avis lucis profuga, si canat post solis occasum pluviam significat. PROBUS ait; si in tectis vel in arboribus canat sero, serenitatem significat. Noctua postquam cum patre concubuit, facinus agnoscens abdidit se in silvis et lucem refugit, ubi deorum voluntate in avem conversa est, quae pro tanto facinore omnibus avibus est admirationi.

Vs. 404. *Nisus* hic avis. Da sonitu Scylla avis. — Nisus Megarensium Siculorum rex, a Minoe, Cretensium rege, propter Androgei, filii sui, obitum, quem Athenienses et Megarenses dolo circumventum occidissent graviter oppugnabatur; sed Scylla, filia Nisi, amavit Minoem, patris scilicet hostem [78]) et patri dormienti [79]) crinem fatalem purpureumque abscidit, ut Minoi, hostium regi, cuius amore flagrabat, daret, quoque abscisso pater periit... Scylla a Minoe rege non recepta, hoc genus victoriae exsecratus, eam in mare deiecit, et in avem, quae ciris dicitur latine vero tonsylla, conversa est; item pater eius Nisus in alitem [80]) conversus est, qui parricidii exsequens poenas cirim hostili mente persequitur.

Vs. 408. *Insequitur,* ut in bucolicis: *saevus amor docuit natorum sanguine matrem.* — *Nisus,* avis.

Vs. 409. *Raptim*, velociter.

Vs. 410. *Liquidas,* apertas, puras. — *Liquidas voces*, puros cantus. In hoc versu ipsarum avium sonum vocis exprimit.

Vs. 411. *Cubilibas altis*, in alto factis.

Vs. 412. *Praeter solitum,* plus quam soliti sunt.

Vs. 413. *Strepitant*, saepe strepunt. — *Iuvat,* iucundum; *actis,* discussis, transactis, abactis.

Vs. 414. *Dulces nidos* μετωνυμικῶς; dulces nidos dicit eos, in quibus pulli sunt dulces. —

Vs. 415. *Haud equidem credo.* Proponit sibi quaestionem acerrimam, nam quaerit, cur homines, quos constat esse prudentiores animalibus, per se non sentiant qualitatem aëris futuri. — *Haud equidem credo,* quare cum hoc in sexto dixerit, *inde hominum pecudumque genus vitaeque volantum;* Anchises enim apud inferos loquitur, hic vero vivus poëta hoc dicit.

---

70) iactanter uelarenearum texturas dicitq;. 71) pinnas. 72) Desunt in cod. 73) consulandum. 74) sorori suae incestatur. 75) aurora. *) glosomatibus. 76) niminis. 77) maniplos. 78) ostem. 79) dormientem. 80) alietum.

Vs. 416. *Ingenium*, ingenium concessum. — ***Prudentia maior***, i. e. nobis nam si hoc esset, et lucerna testa sapientior hominibus videretur, quia et ipsa habet significationem suam.

Vs. 417. *Iuppiter*, imber.

Vs. 420. *Species animarum*, animorum formae. *Motus*, sic enim aër est mobilis[81]), quemadmodum animus hominis.

Vs. 422. *Concentus*, con et cantus, id est symphonia.

Vs. 423. *Et laetae*, aëris serenitate gaudentes. — *Ovantes*, laetantes.

Vs. 424. *Solem ad rapidum*, velocem, vehementem; alii rapidum dicunt, quod humorem, de quo pascitur, rapiat. *Lunas*, noctes. — *Sequentes*, a prima, secunda, tertia vel quarta sese sequentes, vel luna solis circulos sequitur, licet ipse inferior est.

Vs. 425. *Nunquam te crastina fallet hora*, quia fida sunt signa, quae sole et luna colliguntur.

Vs. 426. Hyperbole est, qui non hora nos decipit. *Capiere*, decipiere[82]). *Capiere*, capieris. — *Noctis*, lunae.

Vs. 427. *Revertentis ignis*, quia postea dicturus est de sole, vel certe cum luna nova renascitur, tunc enim originem indet tollere, quam[83]) decrescendo perdiderat.

Vs. 428. *Nigrum*, nigrum aëra, non nigrum cornu. Aratus ait, si cornu aquilonium sit erectius[84]) aquilonem inminere et per eum serenum fieri. — *Si nigrum* et reliqua. Si non habuerat luna cornua et intra eam nigrum aëra videris, erit ubique pluvia et aēj. stas. Nigidius de ventis IIII ait, si summum corniculum maculas nigras habuerit, [in primis][85]) mensis partibus imbres fore, si in imo cornu, serenitatem debemus scire.

Vs. 430. *At si virgineum*, quia virgo est luna.

Vs. 431. *Ventus erit.* Ventum semper denuntiat luna rubens; ventus venit ex aëris densitate et vento luna rubescit; nota quod concitatio[86]) crassitudinis ventum facit. — *Phoebe* autem lunam dicit, ut solem Phoebum, ut postea *Phoebea lustrabat lampade terras.* Phoebe venit ab eo, quod est Phoebus. Sciendum, in nominibus propriis duo tantum genera fieri, ut Phoebus, Phoebe, Tullius, Tullia.

Vs. 433. *Pura*, deest est[87]).

Vs. 435. *Exactum ad mensem*, usque ad peractum mensem.

Vs. 437. *Glauco.* Glaucus Polybi et Eriboeae filius, is herba[88]) quadam gustata inmortalitatem dicitur adeptus, quae in fortunatis insulis nascitur, et deus factus est maris. Iunilius dicit. — *Glaucus*, Antheodonis filius piscator, qui quum cepisset[89]) pisces, eos deposuit. Illi autem animam ex herbis receperunt et redierunt in mare. Glaucus amissam dolens praedam sese praecipitavit in undam et maris effectus est deus. Iunilius dicit. — *Panopea*, filia Nerei[90]), Glauci coniunx, nympha marina. *Inoo* patronymicum est a matre, ut Inous, ut alibi Ledeam et reliqua. *Inous*, Graece dicitur Leucothea[91]), Latine mater nautica. *Melicerte.* Melicertes, Athamantis filius, quem Corinthii Palaemonem in isthmo[92]) colunt, Latini Portunum dicunt, quod portibus praesit. Iunilius dicit.

Vs. 438. *Sol quoque* et reliqua, ortu et occasu signa dabit.

Vs. 442. *Conditus* in nubem. Hic soloecismus est, nam dicere debuit, conditus in nube, sed non hic vitium, quoniam *in* multa significat et hic *in* non in nubem conditus, ut sit vitium, sed *in* pro *infra*, et significat infra nubem conditus. — *Medio*, medio orbe si orbem suum fecerit cavum. *Medioque refugerit orbe*, velato refuga orbe apparuerit.

Vs. 444. *Sinister*, malus, noxius.

Vs. 445. *Sub lucem*, *sub* pro *prope*.

Vs. 446. *Surget*, instet, inminet.

---

81) nobilis. 82) decipere. 83) quem. 84) eracus. 85) Haec duo verba ex Burmanniani Servii cod. G. interposui. 86) concitaci. 87) de est. 88) scriboe filius in cerba. 89) capisset. 90) Panopiasilia neregi. 91) licothea. 92) quem corinti palimonē in istimon.

Vs. 447. *Croceum,* cum enim tempestas futura sit, semper nascitur croceus in serenitate et significat grandinem.

Vs. 448. *Mitis*, maturis, ut *sunt nobis mitia poma*, i. e. matura. *Defendet,* non defendet maturas. — *Pampinus* feminini generis ut VARRO *harum pampinorum,*

Vs. 450. *Hoc etiam* et reliqua. Ordo hic: hoc etiam meminisse magis, quia sol emenso Olympo [93]) ad vesperam signa meliora sunt. — *Emenso*, transacto; emenso non proprie sed translative, dicimus emensam viam, quam [94]) perambulaverimus, id est transactam.

Vs. 452. *Ipsius,* solis, *in vultu,* in orbe. — *Vultus* non proprie, quia vultus hominum.

Vs. 453. *Caeruleus,* color est niger. — *Caeruleus* pluviam denuntiat; *igneus euros,* breviter collecta conclusio est.

Vs. 454. *Rutilo,* claro.

Vs. 455. *Omnia,* ubi periculum.

Vs. 456. *Fervere,* ferve, fervis. — *Quisquam me* et reliqua, suam ut solet personam inserit, ut alibi, *tum mihi molles sub divo carpere somnos,* ut ostendat vitandum esse periculum.

Vs. 457. *Convellere,* solvere.

Vs. 458. *Referet,* adferet id est sol. — *Relatum*, quem adtulerat vel invexerat.

Vs. 459. *Lucidus orbis erit,* solis scilicet. *Terrebere,* terreberis.

Vs. 460. *Et claro,* serenifico [95]), id est puro, sereno, quia est nigrum, ut *fluctusque atrosque aquilones.*

Vs. 461. *Quid vesper,* proverbium est, nescit, quid vesper ferat. Vesperum pro nocte posuit, synecdoche, a parte totum. *Vehat,* adferat. — *Unde serenas,* siccas, id est pluviam non adlaturas. Conclusio est, quae haec continet, signa, quae ex stellis vel ex ventis possimus colligere, melius ex sole colligimus.

Vs. 462. *Cogitet,* in quam se partem flectet, serenitatis [96]) an pluviae.

Vs. 464. *Ille,* sol — *Caecos*, coniunctiones latentes, insidias.

Vs. 466. *Caesare,* Gajo Iulio Caesare. In gratiam Augusti deflet Caesaris mortem. Constat occiso Caesare in senatu pridie iduum Martii solem fuisse defectum ab hora sexta usque ad noctem.

Vs. 467. *Ferrugine,* sub nigra; proprie ferrugo dicitur color subniger, ut purpura.

Vs. 468. *Inpia*, a quibus occisus Caesar. *Inpia aeternam* [97]) et reliqua, ut Romani timuissent perpetuam noctem. — *Aeternam*, longam. *Timuerunt,* quia se mereri noctem sciebant, vel pro eclipsi posuit.

Vs. 469. *Aequora ponti,* quia sunt aequora et non ponti id est campi, ut *prius ignotum ferro quum scindimus aequor.*

Vs. 470. *Obscoeni*, diri id est, quoniam obscoena canant, quia obsint augurio. *Inportunae volucres*, id est striges et bubones, nocte gaudentes, in alienum tempus ruentes, id est videri in die, quod insolitum erat. — *Inportunaeque,* quae ad domus accedunt [98]) et malum significant. *Inportunae volucres* hic epitheton est.

Vs. 471. *Signa dabunt. Quotiens* et reliqua. Ordo est: Quotiens Cyclopum ruptis fornacibus effervere.

Vs. 472. *Undantem,* flammas vomentem *).

Vs. 473. *Flammarumque globos*, malum omen, quoniam non fumos sed flammas emergit. — *Liquefactaque volvere saxa,* volvendo liquefacere.

Vs. 474. *Germania,* bene Germania, quam vicerat Caesar, ut eo occiso in rebellionem videretur exsurgere.

Vs. 475. *Insolitis* id est, quia nunquam ante in Alpibus fuit, vel quia maior solito.

---

93) Haec turbate in codice sic leguntur: sol evemente ad. 94) dedimus enim sā uiā quā. 95) serenofico. 96) serenitati. 97) terram. 98) accidunt. *) vomantem.

Vs. 477. *Pallentia,* ut Lucretius ait, pallidum Homerum ad Ennium venisse et loquutum illi hexametris antea Latina lingua inauditis.

Vs. 478. *Sub obscurum noctis,* auget terrorem tempus nocturnum.

Vs. 479. *Infandum*, aut quia loquutae sunt infandum, aut id quod dixerunt, infandum fuit. — *Manes* id est *amnes* non dii; *dehiscunt*, aperiuntur.

Vs. 480. *Ebur aeraque sudant* i. e. eburna et aenea simulacra sudant, metonymia, signa laboris futuri.

Vs. 481. *Insano,* magno, si supra modum crescat damnum indicat.

Vs. 482. *Fluviorum rex Eridanus,* rex sive quod in eum flumina multa intrant ex Alpibus, vel quod eius simulacrum in caelo sit receptum, ubi enim Eridanns sit, multi errant. Eusebius [99]) ipsum esse Rhodanum propter magnitudinem et cursum rapidissimum, Ctesias [1]) hunc in India esse affirmat, vel Choerilus [2]) in Germania, in quo fluvio Phaëton [3]) exstinctus est, vel Ion in Achaia, sed Virgilius Padum dicit, cuius inundatio sit prodigiosa; vel rex quod apud inferos habetur, ut in sexto *plurimus Eridanus per undam volvitur amnis. Rex fluviorum* id est per Italiam, vel certe per totum orbem.

Vs. 484. *Tristibus,* tristitiam merentibus.

Vs. 485. *Cruor cessavit.* Ordo est: nec cruor cessavit. *Et alte* sinlimpsis est, ut alibi *det motus inconpositos.*

Vs. 486. *Resonare lupis ululantibus urbes,* ad quas lupis non esset accessus.

Vs. 487. *Sinistro,* sinistro [*]), sereno.

Vs. 488. *Cometae,* stella lugubris, quae velut comam luminis ex se fundit. Haec dum visa fuerit, imperii mutationem significat.

Vs. 489. *Ergo inter sese paribus*, Lucanus pares aquilae.

Vs. 490. *Iterum,* quia primum ibi a Pompeio et Caesare, postea a Bruto et Cassio contra Antonium et Octavium pugnatum est. *Philippi* [4]) campi Macedoniae, vel ubi Romani primo victi sunt a Philippo rege. — *Philippi* civitas Thessaliae, in qua primo Caesar et Pompeius, postea Augustus et Brutus dimicaverunt. *Philippi* urbs et campi Macedoniae.

Vs. 491. *Nec fuit* et reliqua, quasi exclamatio ad deos. — *Nostro,* Romano.

Vs. 492. *Emathiam,* mons; Emathiam ab Emathione Iovis et Electrae filio pars Macedoniae et Thessaliae continens. — *Haemi,* mons Macedoniae [5]).

Vs. 495. *Exesa,* consumpta. — *Scabra,* inde scabies. *Rubigine,* rubigo vitium rodens ferrum vel segetes.

Vs. 496. *Inanes,* vacuas, tunc inanes sunt galeae, quoniam non tegunt capita, ut ibi *galeam ante pedes proiecit inanem Ascanius.*

Vs. 497. *Grandia,* bene grandia esse, ut grandiores viros fuisse ostendat, sicut ibi, *qualia nunc hominum producit corpora tellus.*

Vs. 498. *Dii patrii,* qui praesunt singulis civitatibus, ut Minerva Athenis, Iuno Carthagini. *Indigetes* [6]) a Latinis, qui a Graecis enchorii [7]) dicuntur; alii dicunt, ex quibus Nigidius, omnes deos indigetes cognominari, quia nullius indigent, alii indigetes proprie interpretantur, quorum propria nomina ignorantur. — Alii indigetes proprie sunt dii ex hominibus facti, quasi in diis agentes abusive ut Aeneas et Romulus. — *Vestaque mater,* ut physici, terra est. Cur a Vesta Tiberim et Romam servari dicit, cum urbs Romana in tutela [8]) sit Martis? Ne hostes scirent, cui deo Romani [9]) servirent, quia verum nomen, quod urbi est, sacrorum lege prohibitum est scire, quod ausus quidam tribunus plebis nuntiare crucifixus est.

Vs. 500. *Hunc* Augustum. — *Iuvenem,* bene iuvenem, ut ostendat clare, qui hac [aetate] tantum possit [10]).

---

99) In cod.: **euseb;.** 1) **Thesias.** 2) **choerulus.** 3) **feton.** *) Cod. bis: **sinostro.** 4) **philippis et cāpi.** 5) **mons cedoniae.** 6) **indigites.** 7) **ennichi.** 8) **tutella.** 9) **roma inservirent.** 10) **ostendā darā quia hac tantum.**

Vs. 502. *Laomedonteae.* Laomedon pater Priami qumd Laomedon te Troia morti sunt Accius docet. Iuppiter Dardanum genuit, Dardanus Troum, Trous Assaracum et Ilium Ganimedemque, Capis ex Assaraco satus, qui statuit Pergamum, Laomedon Priamum et Anchisem edidit. *Periuria,* tam longe repetit [11]) bellorum civilium causas, ut nihil aliud populus Romanus commisisse videtur nisura numinum dignus bene plura dixit periuria, quia Herculi propter Hesionam, Apollini et Neptuno propter muros. — *Luimus,* solvimus. Horatius ait: *maiorum in meritis luis periuria Troiae.* Nunc excusat Augusti tempora et eum dicit suis viribus conpensare tanta damna reipublicae, quae ex maiorum vitiis descendisse [12]) confirmat.

Vs. 503. *Regia,* regina. — *Caesar,* o Caesar.

Vs. 504. *Invidet*, vult te in caelum tollere et te adhuc terrenis laudibus interesse invidet. — *Triumphos,* fit triumphum et triumphus.

Vs. 505. *Quippe ubi fas versum atque nefas*, apud homines, qui spernunt licita petentes inlicita.

Vs. 506. *Aratro,* bene qui scribit georgica dolet, nullum aratrum in honore haberi [13]).

Vs. 507. *Abductis* ad bella.

Vs. 508. *Curvae* antitheton [14]) reddit. — *Rigidum,* rectum, falces conflantur in ensem, non ut Esaias dixit.

Vs. 509. *Hinc,* id est undique bellum. Euphrates, orientis fluvius; Euphrati enim non Rhenum reddit, sed Germaniam, ut ait *Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim.* — Germania occidentis provincia, quae est trans Rhenum.

Vs. 510. *Vicinae* et reliqua, per hoc omnem orbem dicit in arma [15]) raptum et tam longinquae quam vicinae urbes inter se arma ferunt.

Vs. 511. *Mars inpius,* propter bella civilia, ut *inpius haec tam culta novalia miles habebit* [16]).

Vs. 512. *Carceribus*, ianuis. Ennius ait: *cum a carcere fusi currus cum sonitu magno permittere certant.*

Vs. 513. *Addunt in spatia*, propria vox circi; equi enim cursus spatio addere dicuntur.

Vs. 514. *Fertur equis auriga;* hoc vult dicere, rempublicam habere bonum imperatorem, sed malis praeteritorum temporum fertur, ut auriga equis. Adtendendum est, librum parabola finitum esse. — *Neque audit*, translatio. Titus Gallus de tribus commentariis Gaudentius haec fecit.

Liber II. georgic.

Hic liber consitus dicitur, ubi de vitibus tractatur

Vs. 1, *Hactenus arvorum* [1]) et reliqua. Mire iteravit illum versum, *quid faciat laetas segetes.* — *Hactenus* adverbium temporis et significat *hucusque*, tamen alii dicunt *tenus* et *hac*, ut *crure tenus*, sed melius unam partem dici. *Et sidera caeli,* pleonasmus est, non enim alibi [2]) sidera, nisi in caelo sunt. — *Hactenus.* Notandum quod hic tantum prioris operis meminerit, cum in ceteris georgicorum libris nullam [3]) mentionem faciat. Hic versus ad finem primi libri haeret. Hic ellipsis [4]) est *de,* est enim, loquutus sum, sive con-

---

11) appetit. 12) disconsdisse. 13) in honorem habere. 14) anteton. 15) armorum. 16) habent.

1) arborum. 2) abi. 3) nullus. 4) emlipsis.

prehendi, vel verius cecini, ut infra canam, et quia in primo libro dixit de temporibus et terris et de tempestatibus, ideo dicit *hactenus*. Quare cum de vitibus [5]) debuit dicere [de] arboribus coepit [6])? Quia in Italia in arboribus pendent vineae, id est in ulmis, et non possunt vites esse, nisi prius fuerint arbores, vel *arvorum*, quia de arvis dicit, sed *b* loco *v* ponitur.

Vs. 2. ***Bacchus***, deus, Bacchum, vinum. ***Nunc te Bacche***, uvarum inventorem pro uvis posuit, quem veteres Liberum patrem dixerunt, nam licet de aliis arboribus, praecipue de vitibus dicit. Notandum, quod hic Virgilius omnium ferarum arborum et virgultorum Liberum [7]) praesidem dicit.

Vs. 3. *Virgulta* pro infelicibus arboribus ponit, quibus in Italia vites arboribus cohaerent. — *Tardae*, res enim diu duratura tardius crescit. *Olivae*, oliva arbor.

Vs. 4. ***Pater***, Liber pater, pater licet generale sit, quia omnium deorum, tamen proprie Libero. ***O Lenaee pater***, Lenaeus Liber pater dictus, quod leniat, ut igni novo abundantiam pascit. — ***O Lenaee ἀπὸ τοῦ ληνοῦ*** [8]) id est a lacona dicitur, qm̄ natus est dixit ab eo quod mentem deleniat propriam Libero patri; non praecedit [9]), nec enim potest Latinam etymologiam [10]) Graecum nomen recipere.

Vs. 5. ***Pampineo***, ut nemus frondeum, frondosum. ***Autumno***, autumnum pro autumni tempore posuit.

Vs. 6. ***Labris***, doleis.

Vs. 7. ***O Lenaee***, iucunde, lenis. — ***Musto***, mustum numero singulari tantum, ut vinum, licet Ovidius musta dixit.

Vs. 8. *Tingue novo mecum*, tragica gravitate deposita fave novum opus agreste [11]). ***Dereptis***, celeriter abstractis.

Vs. 9. ***Principio arboribus*** et reliqua. Tria genera arborum nascendarum sunt, aut sua sponte nascuntur, aut ex seminibus fortuito iacentibus surgunt, aut ex radicibus pullulant, nam cetera usus invenit favente natura.

Vs. 10. ***Cogentibus***, laborantibus.

Vs. 11. ***Sponte***, modo [12]) habet genus, quo caret adverbium. ***Veniunt***, crescunt. — ***Sponte sua veniunt***, proprie dixit de his, quae sponte sua generantur. *Campos et flumina*, ostendit [13]) loca, in quibus sponte nascuntur, id est humida, nam mater omnium rerum et creatrix seminum aqua est. —

Vs. 12. *Curva*, epitheton perpetuum, nam omnia flumina curvata. ***Lentae***, flexibiles. — ***Molle siler***, notandum neutrum genus in arboribus, quod admodum rarum est.

Vs. 13. ***Glauca***, glaucus color est ferrugineus, quia subniger. *Canentia*, pro cana, participium pro nomine posuit, quod participium a verbo *cano* venit. — *Glauca canentia* et reliqua. Locum salicum pro ipsis arboribus posuit; bene autem glauca et canentia, nam salix una parte alba est, ab altera viridis. Sane *κακέμφατον glauca canentia*.

Vs. 14. ***Pars autem posito***, quacunque [14]) ratione proiecto vel ab avibus, vel hominibus. — ***Pars surgunt***, ut pars in frusta [15]) secant, soloecismus.

Vs. 15. ***Nemorumque Iovi*** et reliqua. Ordo est nemorum maxima, hoc est aesculus vel Iovi consecrata quercus, et ideo maxima, quod virtute nulli arbori cedit ut nulli deo Iuppiter.

Vs. 16. ***Aesculus***, aescendo [16]) dicta. ***Aesculus*** et reliqua. In Epiri regione in templo Iovis quercus erant, ex quibus columbae futura [17]) hominibus praedicabant. — ***Habita***, credita, existimata. ***Grais***, id est Graecis, quasi Italus dicit.

5) divitib;. 6) dicere arboribus coeperit. 7) librum. 8) In cod.: *ΑΠΟ ΘΗΣΑΝΝΟΣ*. 9) Haec omnia inde a vv. id est a lacona immutata reliqui. Alia inesse videntur, atque ea, quae in Servio leguntur. 10) potest in latinam ethimologiam. 11) Cod.: agrestae. Notetur accusativus cum v. favere coniunctus. 12) nondum. 13) hostendit. 14) quasi cum. 15) frustra. 16) Voluitne scribere: escando? 17) futuro.

Schulnachrichten.

A. Chronik des Gymnasiums.

In dem Schuljahre von Ostern 1851—1852 ist vielerlei für das Gymnasium und die Realschule Heilsames geschehen. Es wurde die Localität, in welcher bis zum vorigen Jahre die Stadtschulen Unterricht erhalten hatten, für das Gymnasium gewonnen, und nach einer nothwendigen Ausbesserung derselben die Quinta, welche bisher in einem von dem Gymnasium entfernten Raume Unterricht erhalten hatte, in dieselbe verlegt. Ferner wurde dem Maler Schön einstweilen für ein Jahr übertragen, wöchentlich zwei Stunden Unterricht im Modelliren in der ersten Realclasse zu ertheilen, und zugleich wurde auch den Schülern der obern Gymnasialclassen erlaubt, diesen Unterricht zu benutzen, was sie auch zum Theil thun. Dann wurden von Michaelis an die Schüler der ersten Realclasse zwei Stunden durch Dr. Sigismund in der englischen Sprache unterrichtet, und dafür kamen zwei Stunden lateinische Grammatik in Wegfall, welche diese Schüler mit der vierten Gymnasialclasse zusammen genossen. Endlich wurde, um den älteren Schülern auch im Winter Gelegenheit zu kräftigeren körperlichen Bewegungen bieten zu können, nicht nur ein Schwiegel (Voltigirbock), sondern auch einige andere für das Turnen in engerm Raume passende Geräthschaften angekauft. In anderen Beziehungen war dagegen das zu Ende gehende Schuljahr ein ziemlich ungünstiges, indem nicht nur mehrere Schüler besonders der obern Classen während desselben, vorzüglich im Herbst und Winter, von Krankheit befallen die Schule nicht besuchten, sondern auch mehrere Lehrer dann und wann durch Krankheit gehindert die ihnen zugetheilten Lectionen nicht geben konnten.

Das Schuljahr begann am 28. April mit dem Sittenfeste, an welchem der Director über die Mittel sprach, welche den Sieg über die Schwierigkeiten im Streben nach den Höchsten erleichtern können. Der Abiturient Ernst Gräf aus Rudolstadt sprach über den Besitz Venezuelas durch die Familie Welser, und der Abiturient August Wohlfarth aus Kirchhasel trug selbst verfaßte Verse über den Satz: Freiheit nicht ohne Gesetz, vor. Der Martinstag wurde durch eine Redefeierlichkeit begangen, bei welcher Professor Klußmann in einer Rede eine Vergleichung von Luther und Erasmus von Rotterdam anstellte und der Primaner Gutheil aus Rudolstadt über Luthers Verhalten in Gefahren sprach. Zu der sechsundachtzigsten Feier des Sommerschen Redeactes, welche am 22. September stattfand, lud der Director durch ein Programm ein, in welchem er über die Sammlung der Briefe Joh. Friedr. Gronovs in der Baseler Bibliothek handelte. Außer dem Director hielten bei dem Acte Reden die Primaner Ernst Oertel aus Blankenburg und Ernst Mohr aus Oberweißbach und die Secundaner Hugo Kirchner aus Rudolstadt und Joh. Friedr. Karl Bock aus Göllingen. Am 20. December fand zum Schluß des Jahres eine Feier statt, bei welcher der Director eine kurze lateinische Einleitungsrede hielt, der Primaner Albert Wiemann aus Frankenhausen eine französische Rede über das Leben und den Charakter Cato's von Utika, der Primaner R. Bamberg aus Rudolstadt eine lateinische über Rhabanus Maurus und seinen Einfluß auf das deutsche Schulwesen und der Secundaner Oskar Knauth aus Orlamünde eine deutsche über die Verrückung der deutschen Grenze im Westen hielt.

Ueberdies trugen deutsche Gedichte vor J. K. Tr. Helfer aus Göllingen, Robert v. Ketelhodt aus Rudolstadt und Heinrich v. Gleichen aus Rudolstadt. Wir hatten bei dieser Gelegenheit die Ehre, in dem Gymnasium den Herrn Geheimen Rath und Ministerpräsident v. Bertrab und die Herren Geheimen Regierungsräthe G. v. Bamberg, Minister für Kirchen- und Schulsachen und A. v. Ketelhodt, Minister der Finanzen, zu begrüßen.

Das Turnen wurde auch in diesem Jahre unter der abwechselnden Aufsicht der sämmtlichen Lehrer in dem hinter dem Gymnasium gelegenen Garten anfangs fleißig, aber nach und nach etwas nachlässiger betrieben. Die Jugend scheut eben wenigstens zum Theil gar sehr die Anstrengung. In dem Winter wurde zuweilen unter Aufsicht des Directors in einer passenden Räumlichkeit voltigirt. Zum Johannistag fand nach Gebrauch eine Excursion statt. Die Realschüler machten unter Leitung des Dr. Sigismund und Collaborator Regensburger eine Reise über Schwarzburg nach Neuhaus und Katzhütte und lernten dabei die Porzellan- und Glasfabrication, die Eisengießerei und das Frischen, und in Meuselbach die Fabrication der Schachteln kennen. Die andern Schüler gingen über Schwartza nach Blankenburg und über den Greifenstein und Zeigerheim nach Rudolstadt zurück.

B. Lehrercollegium.

Die Lehrer sind noch dieselben wie im vorigen Jahre. Obgleich nun einzelne derselben durch Krankheit längere oder kürzere Zeit litten, so erfuhr doch der Unterricht keine wesentliche Unterbrechung, da die andern Lehrer zu ihrer großen Anzahl Stunden sehr bereitwillig auch noch die des Erkrankten übernahmen. Besonders mußten die französischen Stunden, welche Professor Gascard ertheilt, besetzt werden, da dieser College schon im October seine Lectionen für 14 Tage aussetzen mußte und vom 21. November an so bedeutend an einem Brustübel erkrankte, daß ihm die Aerzte das Ertheilen des Unterrichts gänzlich untersagten. Um nun den französischen Unterricht nicht leiden zu lassen, übernahmen seine Stunden in Prima und Secunda der Director, in Tertia Professor Wächter, in Quarta Professor Klußmann, in Quinta Dr. Hörcher, in der ersten Realclasse zum Theil Dr. Sigismund und in der zweiten Realclasse Dr. Hercher.

C. Statistisches.

Fünf Primaner, welche auf Universitäten abgehen wollten, wurden, nachdem sie vorher unter Aufsicht der Lehrer schriftliche Arbeiten gemacht hatten, am 4. April vor der Prüfungscommission geprüft und es erhielten in den wissenschaftlichen Fächern die Censur gut vorbereitet (1^b) Karl Hermann Streibhardt aus Rudolstadt und Friedrich August Wilhelm Müldener aus Rottleben, von denen der erste in Jena Jurisprudenz, der zweite in Göttingen Philologie studiren wollten; die Censur ziemlich gut vorbereitet (2^a) erhielt Ernst Gräf aus Rudolstadt, welcher in Jena Medicin studiren will; die Censur mittelmäßig vorbereitet (2^b) August Wilhelm Wohlfarth aus Kirchhasel, der sich in Jena dem Studium der Jurisprudenz widmen wollte, und die Censur schwach vorbereitet (3^a) August Karl Hugo Wißmann aus Göllingen, welcher ebenfalls in Jena Jurisprudenz studiren wollte. Im sittlichen Betragen erhielten die vier Erstgenannten die Censur lobenswerth (1), der letzte dagegen die Censur tadelnswerth (3).

Für den Eintritt in das Gymnasium und die Realschule wurden 20 Schüler examinirt. Von diesen kam einer nach Prima, einer nach Secunda, zwei nach Tertia, drei nach Quarta, acht nach Quinta, vier in die zweite Realclasse, und einer mußte wegen mangelnder Vorkenntnisse abgewiesen werden. Aus Prima ging noch vor dem Examen Karl August Hugo Burkhardt aus Jena ab, um ein Examen für den Eintritt in ein Königl. Preuß. Gymnasium zu machen. Nach erfolgter Versetzung bestand

Prima aus 20, Secunda aus 17, Tertia aus 15, Quarta aus 17, Quinta aus 22 Schülern, die erste Realclasse aus 10, die zweite Realclasse aus 13 Schülern.

Vs. 156. *Congesta*, coadunata. — *Praeruptis*, eminentibus. *Oppida saxis*, hic laudat Italiam per civitates et oppida.

Vs. 157. *Flumina*, quod laudat etiam CICERO. — *Subter*, infra.

Vs. 158. *An mare* et reliqua. Adriaticum superum vocatur, Tyrrhenum inferum, ut IUNILIUS et TRANQUILLUS dicunt, quibus adluitur Italia. — *Mare, quod supra*, Adriaticum, *quod infra*, Tyrrhenum.

Vs. 159. *Lari*, Larius lacus in Italia sub urbe Como. *Anne*, naturae beneficium; vel *Lari* lacus in Gallia cisalpina circuitus habens stadia CXX.

Vs. 160. *Fluctibus et fremitu*, tapinosis hic est. *Benace*, Benacus lacus inter Brixiam[33]) et Veronam, quae sunt civitates Veneticae[34]). IUNILIUS dicit. *Benacus* eiusdem regionis lacus, circuitus stadia mille, ut AEMILIUS MACER, illi multa lacus quem circum milia, GAUDENTIUS dicit. Benacus magnitudine sua marinas tempestates imitatur. — *Adsurgens*, adcrescens pro ad gentem[35]).

Vs. 161. *Portus*, in eum[36]) brachium Caesar adiecit, ut tutior esset illic navibus statio. — *Lucrino*, lacus Campaniae. *Lucrinoque addita claustra.* In Baiano sinu Campaniae contra Puteolanam civitatem lacus duo sunt Avernus et Lucrinus, qui olim per copiam piscium vectigalia magna[37]) praestabant, sed [cum] plerumque maris impetus pisces includeret[38]), et redemptores gravia damna patiebantur supplicaveruntque senatum, et praefectus G. Iulius Caesar ductis brachiis exclusit partem maris, quae ante infesta erat et reliquit breve spatium, quo pisces intrarent, et hoc opus Iulium dictum est, sed hic ambitiose undam Iuliam appellat, frementem contra moles a Iulio positas.

Vs. 162. *Indignatum*, simile indignant, ac per hoc sonans, hoc est exclusum a solita licentia.

Vs. 163. *Iulia*, a Iulio Caesare dicta; ambitiose undam Iuliam appellat frementem contra moles a Iulio[39]) positas.

Vs. 164. *Avernis*, lacum Avernum dicit, per quem Augustus ratem, qua erat usus adversus Pompeium, inmisit, sed idcirco hanc stationem poeta laudat, quia nondum erat portus Augusti.

Vs. 165. *Haec*, Italia.

Vs. 166. *Fluxit*, abundavit[40]).

Vs. 167. *Acre*, forte. — *Marsos* et reliqua, gentes bellicosas in Italia. *Sabellam*, Italicam.

Vs. 168. *Adsuetum*, exercitum malo, fame, inopia victus; *adsuetum malo* probare adsueto, sicut e contrario labor pro malo ponitur ut ubi: *ille dies primus leti primusque laborum*. *Vulscos*, in Alpibus Vulsci sunt. — *Ligurem*, Ligures[41]), ut NIGIDIUS dicit, confines Gallis[42]), latrones et piratae[43]), frigida enim ac montuosa loca, id est Alpes marinas, incolunt. *Verutos*[44]), verutis telis.

Vs. 169. *Extulit*, creat. *Decios*, Decii duo fuerunt pater et filius; pro republica se evoverunt, quorum alter bello Gallico, alter Marsico functus est. — *Marios*, G. Marius de Iurgutha, et Numidiis[45]) triumphavit Arpisque[46]) et Cimbris Galliae gentibus. Marii multi fuerunt, quorum [hic] VI consul fuit. *Camillos* abusive, nam unus fuit, qui Gallos[47]) prostravit, praenomine Marcus, hic est Marcus Maximus Camillus; fuit tamen et alter Ligurius, Furius Camillus pontifex, qui praedam fecit et Latinos subegit, per quae statua eius iam posita in rostris publice stat. —

32) nodium. 33) briem. 34) venatice. 35) Sic in cod. 36) in ū. 37) vectiltalia mag. 38) Voluitne excluderet? 39) iula. 40) habundavit. 41) ligorem ligores. 42) gallus. 43) phyratae. 44) veritos. 45) numediis. 46) Haec turbata sunt. Arpis, ut in aliis codd., vel Arpinatus scriptum fuisse videtur. 47) galtus.

Vs. 170. *Scipiadas* pro Scipiones, ut [Amazonidum pro] [48]) Amazonum. Duo Scipiones fuerunt, avus et nepos, quorum unus victae Carthagini [49]) leges inposuit, alter eandem diruit. Hoc plenius in sexto libro [50]) dicemus.

Vs. 172. *Inbellem* et reliqua, ut alibi scita latentia quaedam pro abscondunt et latentia faciunt, sic et hic non *inbellem avertis*, sed quem tu inbellem facis et sic avertis, vel ideo inbelles, quia hos Caesar contemnendo inbelles vocavit. *Arcibus*, Romanis urbibus. — *Inbellem avertis*, inertem aut sine bello fugere facis, id est avertendo reddis inbellem. *Indum*, Indi ad orientem sunt, a flumine Indo dicti, sed nunc per Indos barbaras gentes significat, quae sunt ad orientem; non enim Indi tantum imperium Romanum, sed Parthi [51]) et qui sub Parthis erant, sensere.

Vs. 173. *Salve* pro adoratore positum est, ut *salve sancta parens* et *salve fatis mihi debita tellus*, et *o fidi Troiae salvete penetestes* [52]).

Vs. 174. *Tibi*, ad tuam honorem. *Res antiquae*, antiquas res; hic sensus est: dico iam haec, quae olim debui dicere. — *Tibi res antiquae laudis*, quia antiquis maxime agrorum culturae inservire gloriosum erat.

Vs. 175. *Ingredior*, incipio.

Vs. 176. *Ascraeum* et reliqua, carmen Hesiodi dixit, ergo alia dicit non quo [53]). Ascra civitas in Graecia, ubi sunt natae Musae, unde sumpsit Hesiodus Graecus poema, inde et ego ad dicendum sumpsi, sed ille Graecis cecinit, ego Romanis. — *Ascraeum*, cano Hesiodi, Graeci poetae, carmen. *Ascraeum* a vico Ascra, ubi Hesiodus [54]) natus.

Vs. 177. *Nunc locus* et reliqua, tempus dicendi naturam agrorum; *ingeniis* pro naturis. — In hoc loco propositio [55]) continetur, deinde exsequutio breviter; *quae robora cuique*, quae sit possibilitas cuiusque. *Et quae natura ferendis*, qualis naturae unaquaeque sit, et quid maxime generari possit.

Vs. 178. *Quis color*, quae species.

Vs. 179. *Difficiles*, durae. — *Maligni*, steriles vel asperi.

Vs. 180. *Tenuis*, sine humore, quia est et pinguis. *Calculus*, lapillus id est lapis brevis terrae admixtus, dictus quod sine molestia sui brevitate calcetur. — *Dumosis*, spinosis.

Vs. 181. *Palladia*, a Minerva, eo quod Minerva oleae inventrix dicitur. — *Vivacis*, diu viventis.

Vs. 182. *Indicio*, testimonio, id est exemplo. *Oleaster* [56]), genus arboris olivae similis. — *Tractu*, territorio ut puta tractus provinciae, id est territoria ubi olivam nasci dicit, ibi et oleaster erit.

Vs. 183. *Plurimus*, copiosus.

Vs. 184. *Uligine*, uligo humor quidam pinguis, qui de montibus super glebas venit, quique non patitur terram arescere. — *Uligine* laeta, uligo tamen communi ait in eadem forma mas vel femina ut iligo efferrago. *Laeta* virore terrae.

Vs. 188. *Felicem*, fertilem, fecundum. — *Editus*, expositus, ut undique accipiat flatus, ex pro mercede accipiendum est.

Vs. 189. *Filicem* [57]), quia terra, quae filicem generat inutilis est, quia quicquid frumenti satum fuerit, a filice suffocatur. *Pascit*, nutrit, ubi enim filix fuerit, optimus est locus vitibus. — *Invisam*, odiosam; *invisam aratris*, tropum metaphoram, vel videantur quasi suas iniurias aratra sentire, quod radices filicis aratro [58]) sint impedimento.

Vs. 190. *Hic* id est campi. — *Praevalidas*, permansuras. *Olim*, futurum; in laude parvum dixerat praevalidas, nisi dixisset olim, id est multo tempore duraturas.

Vs. 191. *Hic*, campus. — *Fertilis uvae*, fertilis uvae erit.

Vs. 192. *Laticis* [59]), id est vini. — Latex a latendo. —

Vs. 193. *Inflavit*, cecinit. Apud Tuscos enim a Tyrrheno [60]) symphonia et tibiae usus

---

48) Haec in parenthesi posita sine dubio addenda sunt. 49) uitae cartagini. 50) Cf. ad Aen. VI, 844. Servii comment. 51) partibus. 52) Sic in cod. 53) Nonnulla excidisse videntur. 54) esiodus. 55) proportio. 56) olea s̄ gen'. 57) felicem. 58) aratri. 59) latices. 60) tyreno.

inventus et sacris primus additus est, et fere omnes tibicines[61]. *Eborem*[62] autem pro tibiis posuit, quia ex ebore fiunt, eaeque[63] in sacrificiis adhibentur. — *Pinguis,* pinguis dicit quia sacrificiis intersunt propter civium[64] copiam. *Ebur* pro symphonia[65] et tibia.

Vs. 194. *Lancibus,* caucis, rotundis; *pandis,* caucis, longis, incurvis; *pandis,* patentibus, apertis discis vel resupinis. — *Fumantia,* recentia; cum vota tibi bene responderint, tunc funde libans; *reddimus*[66] libantes.

Vs. 195. *Armenta,* equos dicit.

Vs. 196. *Culta,* vites, ab eo quod coluntur. — *Urentes,* nam ex morsu hoedorum[67] sic vites uruntur ac laeduntur, veluti ex flamma.

Vs. 197. *Satur,* Caelius in libro quinto historiarum dicit nomen accepissse a Satura puella, quam[68] Neptunus conpressit. — *Petito,* imperativus modus. *Longinqua,* longe posita vel posteriora ut Iunilius dicit. *Tarenti,* Tarentus civitas Italiae in Calabria, ubi fenum satis nascitur et lana Tarentina, unde et Hercules fuit, ex quo Virgilius ait, si vera est fama; Tarenti regio, in qua Tarentum constitutum est, ante a Satura vocata est.

Vs. 198. *Mantua,* virgo quam adamavit Tiberis, unde natus est conditor huius civitatis.

Vs. 199. *Niveos,* albos.

Vs. 200. *Liquidi,* puri, sine pestilentia.

Vs. 202. *Gelidus ros,* bene dictum hic ros.

Vs. 204. *Putre,* maturum. — *Hoc imitamur arando,* hoc modo nil imitamur[69], nilum studemus[70] et sequimur.

Vs. 205. *Optima,* utilis. *Ex aequore,* pro area posuit campi.

Vs. 207. *Aut unde iratus* et reliqua. Posteritas adnotanda est, prius quippe nemora vertuntur, quam debebant. — *Iratus,* quod nullos[71] ex his fructus habuisset.

Vs. 208. *Ignava,* infructuosa, cessantia[72], eo quod non serebantur ad cessationem terrae.

Vs. 210. *Illae,* aves.

Vs. 211. *Campus,* qui necdum operatus est[73].

Vs. 212. *Iejuna,* sterilis vel macera; *glarea,* lapillosa terra[74]. — *Clivosi,* clivum et proclivium[75]

Vs. 213. *Vix,* id est tantum. *Casias,* Casia in Arabia nascitur. — *Rorem,* id est marinum; casia et ros marinus herbae apibus aptae.

Vs. 214. *Et tophus,* lapis asperrimus. In globosis[76] locis vel collibus casiam et tophum nasci ait, in quibus et apes nascuntur. — *Scaber,* unde et scabies ab asperitate dicitur. *Chelydris*[77], serpentibus, quia algidiorem terram, id est cretam pro cibo sectantur.

Vs. 215. *Negant,* id est Solinus et Nicander, qui de his rebus scripserunt. — *Agros,* ager quoque, qui tophum aut cretam habet, tam inutilis est, quam glareosus[78].

Vs. 217. *Exhalat nebulam,* dicit agrum omnium rerum feracem. — *Exhalat,* quoniam dicuntur nebulae a terra nasci. *Fumos volucres* quasi ex humore.

Vs. 219. *Quaeque suo* et reliqua. Genus terrae melioris, nam de meliore loquitur, quae semper progenerat et facilem pecori et patientem vomeris uncibus praestat. — *Suo,* naturali scilicet.

Vs. 224. *Dives* ideo quia talem aret. — *Vesevo,* Vesevus mons Liguriae, sub Alpibus positus iuxta Campaniam.

Vs. 225. *Hora,* nomen accepit de horologio, sicut horologium de hora nomen sumpsit. Horae quoque nomen ex Graeca origine descendens interpretatur[79] series, ordo vel umbra, sive etiam finis, inde oras maris et fluviorum et vestimentorum dicimus extremita-

---

61) tibicinit. 62) Sic in cod. 63) eaque. 64) Legendum esse videtur: propter carnium. 65) simphonio. 66) redimus. 67) hedor. 68) quem. 69) nilm̅mitamur. 70) studiemus. 71) nullus. 72) ccsisantia. 73) Passive usus est grammaticus hoc verbo. — In margine a manu recent. adscriptum: enituit, splenduit. 74) lapillosa a terra. 75) A man. rec. adscriptum: clivosi, inclinati. 76) glomosis 77) ce ydris. 78) gloriosus. 79) Passive usus est hoc verbo grammaticus.

tes sive terminos. Non autem eodem modo scribitur hora temporis et ora ceterarum rerum, sed sola aspiratione discernuntur, quia hora temporis cum aspiratione, ceterarum autem rerum sine adspiratione scribuntur[80]. — *Et vacuis* a fluvio, vel vacuas dicit, quia paucis habitantur. *Non aequus*, iniquus. *Clanius*, fluvius Campaniae. *Acerris*, Acerrae civitas Italiae Campaniae, quam Clanius fluvius inundat. — *Clanius*, fluvius Campaniae non adeo ingens, sed torrens; huic iniuncta fuit Acerrae[81], quam paulatim inundatione disiecit et vacuas terras, id est destitutas, effecit.

Vs. 226. *Quamque*, terram.

Vs. 227. *Supra morem*, supra opinionem, id est plus quam existimas.

Vs. 228. *Altera frumentis* et reliqua. Hi[82] versus inconparabiles sunt, tantam habent repetitionem sine aliqua perissologia. — *Favet*, consentit.

Vs. 229. *Densa*, terra. Hic ostendit, quid ubique melius nascitur; potest[83] enim et frumentum in rara et vinum in densa nasci, sed non feliciter. — *Lyaeo* eo quod nimium vinum bibentium membra solvit.

Vs. 230. *Capies*, eliges[84].

Vs. 231. *In solido*, ne ager sit concavus.

Vs. 232. *Humum*. Humus est interior pars terrae, superior terra. *Aequabis*, calcabis.

Vs. 233. *Si deerunt* et reliqua. Fodi terram iubet et fieri fossam velut puteum, ac de novo terram in eam iactari. Si itaque minus inventa fuerit, inutilis et vitibus ponendis et frumentis serendis, sin repleta fossa superaverit, terram scias fertilem et opimam esse, sed et pecoribus utilem.

Vs. 234. *Negabunt*, si non potuerunt, id est semina.

Vs. 235. *Scrobibus*, fossis. — *Superabit*, si superaverit repleta fossa; *terra*, superiora.

Vs. 236. *Cunctantes*, dubitantes an Baccho, an Cereri serviant[85]. — *Cunctantes*, obstantes futurae.

Vs. 237. *Exspecta*, proba[86], ut *rebus expectata iuventus*[87].

Vs. 238. *Salsa autem*, cum eadem salsa et amara, sed magis alia salsa et alia amara, neque enim saporem utraque retinet.

Vs. 239. *Frugibus*, id est omnibus fructibus. — *Nec mansuescit arando*, dum aratur, ut illud: *sunt sine nomine terrae*, id est sine gloria et dignitate.

Vs. 240. *Genus*, origo, ut: *genus unde Latinum*. *Nomina*, species, ut: *cui nomina mille*, id est species.

Vs. 241. *Tale dabit specimen*, pro indicio posuit exemplum. — *Spisso vimine*, spissi viminis. — *Qualos*, cofimis, per quos vinum defluit.

Vs. 242. *Colaque*[88], in modum canalis fiunt. — *Praelorum*, praelum dicitur lignum grande, quo premitur cochlea[89]. *Deripe*, instrumenta ad colandum.

Vs. 243. *Ager*, terra.

Vs. 246. *Sapor*, quinque genera saporum sunt, visus, auditus, odoratus, tactus, gustus. — *Et ora tristia* et reliqua. In superioribus bene divisit terrarum speciem, separatim salsam, separatim amaram; hic de sola[90] loquitur amara.

Vs. 249. *Iactata*, tractata. — *Fatiscit*, solvitur.

Vs. 250. *Lentiscit*, concrescit[91].

Vs. 251. *Humida*, humidam vel ad sterilem repediat magis quam herbis quam fructibus. Laetam id est, ne herbae plus aequo crescentes adimant spem frumentorum.

Vs. 253. *Aristis*, herbis surgentibus.

Vs. 254. *Pondere*, iacenti.

Vs. 256. *Sceleratum*, sterile pro insalubri vel nocivo posuit. *Frigus*, terrae frigus.

---

80) Haec a manu recent. ad marginem adscripta sunt. 81) aceriae. 82) Hn. 83) post. 84) eleges. 85) servant. 86) probata. 87) Cf. Aen. VIII, 151. 88) calaquae. 89) coclcum. 90) solo. Num: de solo amaro? — 91) A man. rec. est adscriptum: habendo, dum habetur.

Vs. 256. *Piceae*, ubi[92] enim hae nascuntur, intellegitur terra esse frigida[93].
Vs. 257. *Pandunt*, ostendunt. *Nigrae*, quia et albae sunt.
Vs. 259. *His animadversis*, ut agri qualitatem deprehendas.
Vs. 260. *Excoquere et magnos* et reliqua, ut excoquatur a sole; excoquitur tam frigore quam calore, dicimus certe deustum frigore holus resque alias. Scrobes autem excoqui dixerunt omnes, qui georgicon scripserunt, pro excoqui debent frigore et sole et sic plantas accipere. Quod cum ita sit, posteritas inest sensui; plus enim debuit dicere, scrobibus concidendos esse montes quam terram excoquendam. Solent[94] praeterea, qui celerius vites aut arbusculam magis ponere volunt, intendere scrobes, uti vice solis aut pruinae excoquatur. — *Excoque*, verte et ara, per ignem enim excoquitur vitium.
Vs. 261. *Aquiloni*, hieme arare; *glebus*, cespites.
Vs. 263. *Gelidaeque pruinae*, deest faciunt.
Vs. 265. *Viros*, id est experientes.
Vs. 266. *Ante locum similem*, in translatione arborum similem terram requirendam esse dicit et caeli partem. — *Ubi prima paretur* et reliqua, plantaria in eadem regione esse, aut quoniam diversis locis vites ceteraeque plantae adlatae ipsa novitate locorum deteriores fiunt, quoniamque in frigidioribus locis natae sunt, calidam regionem non sustinent, nec in calidioribus frigidam.
Vs. 267. *Seges* pro terra translative vel seges dispositio arborum, seges enim proprie messis. Bene segetem appellavit loquutus de semine arborum. — *Digesta*, ordinata.
Vs. 268. *Matrem*, ut antiquam exquirat[95] matrem, id est ut in qua[96].
Vs. 269. *In cortice*, sub eadem plaga.
Vs. 271. *Austrinos*, meridianam partem. — *Axi*, caeli septentrioni.
Vs. 273. *Collibus*, ut supra *denique asperos Bacchus amat colles*[97].
Vs. 274. *Quaere*, considera; *metabere*, metaberis, id est dispones et eliges.
Vs. 275. *Densa* pro dense; *segnior*, tardior. — *Sere* pro dispone; *Bacchus* pro vino vel vite.
Vs. 277. *Indulge*, ad ponendas vites da operam, ut *indulgent vino*, ut eas efficias largiores, ut ex aequo omnibus vineis vires terra praebeat. — *In unguem*, in ordinem vel in aequalitatem; in unguem ad perfectionem[98]; *positis*, vitibus ordinatis.
Vs. 278. *Secto*, metaphora a marmorariis[99] Afris, quia ungue illi coniunctiones et planatia marmorum probant. — *Secto limite* id est ducto, unde et sectae philosophorum, id est ductus dicuntur. *Quadret*, consentiet, congruat[*]. Translatio de quadris lapidibus, qui sibi bene conveniunt.
Vs. 279. Ita sint ordinatae illae vites in directo sicut ordinatur acies militum, dum appropinquant bello, nec tamen sunt commixti inter se[1].
Vs. 280. *Agmen* proprie exercitus praeparatus ad bellum; agmen etiam impetus dicitur[2].
Vs. 281. *Fluctuat*, splendet.
Vs. 283. *Dubius* id est communis. — *Errat*, quia eventus victoriae incertus est.
Vs. 285. *Pascat prospectus*, delectet[3] prospectus, ut: *atque animum pictura pascit inani*[4].
Vs. 287. *In vacuum*, liberum aërem; vacuum dixit intercapedinem duarum arborum.
Vs. 288. *Fastigia*, altitudines; fastigia scrobum imas fossas dicit, sed fastigia nullo loco[5] de humili parte dixit, alibi pro altiore parte, ut: *excutior somno et summi fastigia lecti ascensu supero.*
Vs. 289. *Ausim*, ausus sim; facilitate culturae blanditur agricolis, ut ostendat, diligentia magis vites quam labore consurgere. — *Sulco*, fossae.

---

92) hubi. 93) Sic in codice, non terram esse frigidam. 94) solem. 95) exquiret 96) Nonnulla deesse videntur. 97) Georg II, 113. 98) inungum ad perfeccionem. Sic paulo post ad v. 278. coniuncciones. 99) amar moriis. *) congrua. 1) Haec a manu sunt recent. adscripta. 2) A man. rec. 3) dilectet. 4) Aen. I, 464. 5) nihiloco.

Vs. 291. *Aesculus*, genus arboris glandiferae[6]), quae licet ab esu dicta sit, tamen aspera est.

Vs. 293. *Flabra*, flatus.

Vs. 295. *Secula* non solum dicuntur mundi, sed etiam hominum[7]).

Vs. 296. *Tendens* vel pandens.

Vs. 298. *Cadentem*, pro occidentem, ut *suadentque cadentia sidera somnos*[8]). —

Vs. 299. *Flagella*, summae arborum partes flagella dicuntur, ab eo quod ventorum crebros flatus sustinent. — *Corylum*, coryli enim radices late spargentes et terram sterilem faciunt et nocent vitibus[9]).

Vs. 300. *Summa pete* et reliqua, neque de summa arbore plantam ponito, neque de summa vite[10]).

Vs. 301. *Tantus amor terrae*, obscure[11]) dixit, ut statim germinent; *semina* plantas vitium. — *Tantus amor terrae*, cum radice deponére, ut statim germinent. — *Tunso*, hederato, id est obtunso seminare, quo vites potius quassantur quam putantur.

Vs. 302. *Semina*, plantas vitium. *Neve oleae*, non sint in medio[12]).

Vs. 303. *Incautis*, neglegentibus, circa alia occupatis.

Vs. 307. *Victor*, ignis. — *Regnat*, quoniam victor, ideo regnat, quoniam victorum est regnare.

Vs. 308. *Nemus* pro silva; *et ruit* ab imo[13]) emittit et ruere facit. — Ne *et ruit* adnotandum, quod nemus dixerit ruit cum ab imo loco expellit.

Vs. 309. *Crassus*, ignis crassus.

Vs. 310. *A vertice* id est a septentrione, ut: *ingens a vertice pontus in puppim ferit*, id est a septentrione.

Vs. 311. *Ferens*, flans[14]).

Vs. 312. *Hoc ubi*, subauditur contigerit. — *Valent*, silvae.

Vs. 314. *Infelix*, cum exsequutus truncos olivae ferit, iam etsi renascatur naturam suam mole astrum vertit. — *Superat*, superest, ut: *Quid puer Ascanius, superatne et vescitur aura*[15]).

Vs. 315. *Nec tibi* et reliqua. Nunc dicit, quo tempore ponendae sint vites.

Vs. 316. *Gelidam*, alii rigidam[16]).

Vs. 317. *Rura*, optima ait.

Vs. 318. *Concretam*, quasi guttam quandam.

Vs. 319. *Rubenti*, floribus splendido, vel rubenti ad serenitatem retulit non ad colorem[17]) foliorum.

Vs. 320. *Candida*, alba; *avis*, ciconia; *invisa*, infesta, quia serpentes manducat.

Vs. 321. *Rapidus sol*, quia vehemens et humorum suo vapore rapidus.

Vs. 322. *Nondum hiemem*, autumnali tempore.

Vs. 324. *Poscunt*, id est tum erit.

Vs. 325. *Tum pater omnipotens* et reliqua; dicitur enim Iuppiter aether[18]) et eius niux terra, cum cubuerint tunc terra fructus mortalibus proferat; terra frigida, aether[19]) calidus. Caeli etiam uxorem terram dici testis est Varro. Iunilius dicit.

---

6) glandifera aquae. 7) A manu rec. adscriptum. 8) Aen. II, 9. Inter lineas a man. rec. ad voce. ad solem vergant adscriptum: Contra occidentalem plagam, sed potius ad orientem vel austrum. 9) In margine a man. rec. adscriptum est: Corylus nociva est vitibus, unde in colurnis veribus capri carnes coquebantur, quia nimium caper vitibus infestus est [cf. Georg. II, 396.] 10) vitae. 11) obscurae. 12) In margine a manu recentiore adscriptum: Oleaster non quidem est nocivum vitibus, sed quod ex se ipso ignem generat, si cum oliva, ideoque dicit non debere plantare inter vites, quod aliquando totum nemus exurit vitium. 13) abimi. 14) Inter lineas adscriptum a manu recenti: glomus spera [spira] ex filis, unde glomerare coadunare. 15) Aen. III, 339. 16) In versu ipso regidam, sed ab eadem manu est in margine adscriptum: gelidam. 17) calorem. 18) haeter. 19) aehter.

Vs. 326. *Coniugis*, terrae. — *Et omnis*, fetus.

Vs. 327. *Magnus*, Iuppiter quoniam praedixit ueraeterae[20]. — *Corpore* pro corpori.

Vs. 329. *Et Venerem*, vere enim incipiunt omnia generari, per Veneris concubitum coëuntibus quattuor elementis, igni, humore, terra, aëre.

Vs. 330. *Almus*, fertilis vel almus ab eo quod alat nos; trementibus[21] vel tepentibus. — *Zephyri*, Favoni.

Vs. 331. *Humor*[22] non est sicca.

Vs. 332. *Novos soles*, dies vernales.

Vs. 333. *Nec metuit*, quia non sunt frigidi, vel nec metuunt surgentis pro non metuunt, resurgunt.

Vs. 335. *Trudit*, fundit, eicit in folia. — *Gemmae*, gemmae hic vitium oculi.

Vs. 336. *Non alios*. Adversus quorundam ineptam reprehensionem. Lucretius enim in libro V.[23] *At*[24] *novitas mundi neque ciebat nec nimios aestus nec magnis viribus auras. Omnia enim pariter crescunt et robora sumunt.*

Vs. 338. *Agebat*, ut qui dicitur diem festum agere[25].

Vs. 339. *Orbis*, mundus; *hibernis*, asperis, saevis[26].

Vs. 340. *Cum primae*, cum primum; *hausere*, biberunt. — *Virum*, virorum.

Vs. 341. *Ferrea*, ferreum seculum et Hesiodus dicit pro inmanitate et labore. — *Progenies* et reliqua, lapidibus, ut: *unde homines nati durum genus*[27].

Vs. 342. *Immissae*, ut quieti homines essent. — *Et sidera caelo*, hunc ordinem propter Arcades dicit, qui dicunt astris [se] lunaque priores.

Vs. 343. *Laborem* vel frigoris vel caloris.

Vs. 344. *Frigus* ut alibi: *spiritus intus alit tota.*

Vs. 345. *Caeli indulgentia*, veris definitio, veris indulgentia.

Vs. 346. *Quod super*, quod sequens; *premes*, pones vel infodies. — *Virgulta* sive de plantariis, sive de arboribus.

Vs. 347. *Occule terra*, propter admittenda spiramina.

Vs. 348. *Aut lapidem*, propter spiramenta et propter hauriendum humorem, si forte minus[28] fuerit. *Squalentes*, scatebrosas vel sordidas. — *Bibulum*, qui arenarius[29] dicitur.

Vs. 350. *Halitus*, spiritus animam istis dat. — *Tollent*, erigunt, id est ab his rebus sumunt magnanimitatem. *Iamque reperti*, diligentiores.

Vs. 352. Alii *munimen*, id est pro nimiis pluviis[30].

Vs. 353. *Hiulca*, divisa, hiantia; *siti* id est aestate et laboribus validis.

Vs. 355. *Duros*, fortes, inversos, ut frangi possit terra; *iactare bidentes*, ad commovendas glebas pertinet.

Vs. 357. *Flectere* cum quadam ratione ducere, ne tenera adhuc virgulta concutiant. — *Luctantis*, non luctantis secum, sed cum bubulis[31] viribus.

Vs. 359. *Furcas*, bicornes[32].

Vs. 360. *Viribus eniti*, hic loquitur de vineis arbiteis; *eniti* adminicula vitium, id est palmites.

Vs. 361. *Tabulata* sunt effusiores rami in plana tendentes non in altiora[33] crescentes. — *Tabulata*, inter ramos quod est intervallum in arboribus tabulatum dicitur.

Vs. 363. *Parcendum*, initia non incitanda, ut radices robur accipiant.

Vs. 364. *Per purum*, aërem.

Vs. 365. *Ipsa*, in ipsa, acies neutro genere, cum de vitibus loqueretur, quoniam superius dixit *flectere luctantis* id est vineta; vel ad semina retulit, cum dixerit *seminibus*

---

20) Voluitne: vere tument terrae? 21) alat nr̃ae mentibus. 22) Vmór. 23) Lucret. V, 816. 24) ut. 25) Inter lineas a manu recentiore adscriptum: Crediderim, concessivum verbum pro credo. 26) caesis. 27) Georg. I, 63. 28) fortemmius. 29) harenarius. 30) In versu poetae scriptum munimen, sed in margine ab eadem manu munine, i. e. munimine. 31) bobuleis. 32) biscornes. 33) non altiora.

positis. — *Ipsa*, vineta, vel semina, vel ipsa acies; sensus est: his[34]) teneris adhuc vitibus non est falcis acies necessaria.

Vs. 367. *Validis*, solidioribus.

Vs. 368. *Exierint*[35]), egressi fuerint, ut: *exiit ad caelum ramis felicibus arbos.*

Vs. 371. *Tenendum*, prohibendum, tenendum non pecoribus sed vitibus. *Tenendum* hoc est arcendum, ne morsibus laedant, ut infra: *dentis et ad morsus* et reliqua.

Vs. 373. *Indignas*, molestas, saevas. — *Potentem*, intolerabilem.

Vs. 374. *Uri*, boves silvestres et non in omni regione fiunt, quoniam uri boves silvestres, quos vulgus et imperiti bubulos dicunt. — *Uri*, boves agrestes, qui in Pirenaeo monte nascuntur. *Sequaces*, fugaces, persequutrices, nam morsu bovum caprearumque sic vites uruntur, quasi ex flamma.

Vs. 376. *Cana*, nivea[36]).

Vs. 377. *Incumpens*, penetrans. — *Scopulis arentibus*, non scopulis incumbens, sed locum pariter viridem et scopulos obit.

Vs. 378. *Venenum*, id est capri.

Vs. 380. *Non aliam ob culpam*, a veteribus zonsia et lenaea vult dicere, ob quam causam caper inmoletur aut certantibus praemium detur. Zonsia vestustissimi ludi sunt, id est liberalia. — *Baccho caper*, victimae numinibus aut per similitudinem aut per contrarietatem inmolantur, per similitudinem ut nigrum pecus Plutoni, per contrarietatem ut porca, quae obest frugibus Cereri et caper, qui obest vitibus Libero[37]).

Vs. 381. *Et veteres*, primi ludi theatrales ex liberalibus nati[38]) sunt, ideo ait[39]) veteres ludi; proscenia autem[40]) sunt pulpita ante scenam, in quibus nati sunt ludi. — *Proscenia*, inter scenam et proscenium[41]) hoc interest: scena est dispositio columnarum et erectio ipsius ornatus[42]): *in scenis decora alta futuris*[43]); proscenium est autem spatium ipsum[44]).

Vs. 382. *Praemia ingeniis*[45]) *pagos; praemia*, capri; *ingeniis*[46]), quoniam istis ludis omnes tragoedias dabant, ut Euripides, Aeschylus[47]), Sophocles. *pagos*, quos Graeci aginos et comas vocant, unde comoedia; tragoedia autem *ἀπὸ τοῦ τράγου*[48]), hoc est ab hirco; convivia rusticorum in occisione hircorum sunt comoediae. *Compita*, compita per quadrivia quae compitum[49]) dicuntur ab eo quod multae viae in unam confluant. — *Pagos* et villas, quae pagi *ἀπὸ τῶν πηγῶν*[50]) appellantur, id est a fontibus circa quos villae consuerunt condi, unde et pagani dicti sunt quasi ex uno fonte potantes.

Vs. 383. *Thesidae*, Athenienses, qui primi ludos instituere liberalia.

Vs. 384. *Mollibus in pratis*, ne laederentur cadentes. *Per utres*, id est ad insultationem mortuorum caprorum, ne quid ex his esset, quod non sentiret iniuriam. — *Unctos* oleo. Romulus cum aedificasset templum Iovi Feretrio pelles unctas stravit et sic ludos edidit, ut caelestibus[51]) dimicarent et curru contenderent, quam rem Ennius in annalibus testatur.

Vs. 385. *Nec non Ausonii*, Romani haec sacra celebrabant.

Vs. 286. *Versibus incomptis*[52]), ante enim incondita carmina erant, id est sine metro, et postea metrum Saturnium inventum est, quo metro *Naevius*[53]) bellum Punicum scripsit et *Livius*. — *Risu* id est cachinno; *soluto*, libero, securo.

Vs. 387. *Oraque corticibus* et reliqua. Necesse enim erat in sacris ludicra et turpia fieri, quibus posset populus risu moveri.

Vs. 388. *Et te, Bacche, vocant*, hymnos in tuum honorem canunt.

Vs. 389. *Oscilla*, diminutive ab ore oscilla, ab eo quod os excellat oscilla, quod

---

34) hic. 35) In poetae versu scriptum est: exigerint, sed litera g fere erasa, ut voc. exigerint in exierint mutatum sit. 36) niua. 37) libero vitibus. 38) nata. 39) aut. 40) aū. 41) scenium. 42) ornat. 43) Aen. I, 429. 44) Inter lineas a manu recent. ad voc. proscenia adscriptum: sunt pulpita vel gradus scenae. 45) ingentes. 46) ingentis. 47) euripidererculus. 48) apo to trahi. 49) compela competa quae quadrauia, quae competum. 50) απο τον ΤΥΙΤΑΙΝ. 51) Sic etiam in cod. G. legitur. Burmannus coniicit: caestibus. 52) incompis. 53) niuius.

os sursum aspicit in vultum ludentium[54]. *Pinu*, in cornu pinu. — *Oscilla ex alta* et reliqua. Icarus[55] Atheniensis, pater Erigones et filia[56] cum a Libero patre usum vini didicisset, civibus suis exhibuit, quique cum ebrii iacerent ut mortui visi sunt, quo indignati ceteri Icarum[57] lapidaverunt. Huius canis ad Erigonem filiam suam pervenit, quae cum eum comitata ad patris cadaver pervenisset, laqueo vitam finivit, et haec diis inter astra adlata est; itaque Athenienses ob memoriam celebrantes filias suas laqueis suspendentes et funes in summum suspendentes[58] atque in duplico supersedentes huc atque illuc eunt suspensi ludentes, quem funem lusus oscilla appellaverunt. Alii dicunt, post mortem Latini regis quaesiverunt eum[59] in terra, in mari et nusquam inventum est[60] corpus eius; quaesiverunt in aëre et suspendisse [se] in laqueo [inventum est], et initiaverunt[61] hoc genus mortis.

Vs. 394. *Patriis*, Latinis vel Romanis, nam supra de Graecis sacris est locutus. — *Lances*, stateras.

Vs. 395. *Stabit*, placebit. — *Hircus ad aram*, ut[62] *et statuam*[63] *ante aras aurata*[64] *fronte iuvencum*. Quoties[65] autem devota victima rumpit et fugit, magnum exitium significat.

Vs. 396. *Veribus*, sudibus; *exta*, intestina hostiarum. — *Colurnis* per transmutationem literarum dixit. Debuit dicere corylnis[66]. Ideo avellendae sunt hae virgae ab inimica arbore id est vitibus, ut ibi[67]: *nece inter vites corylum sere*, quia sicut caper inimicus est vitibus, ita corylus, et ideo in virgis his ultionem capientes[68] exta hoedorum sacris torrebant.

Vs. 397. *Est etiam*, iam paulatim tendit ad vitium culturam.

Vs. 398. *Exhausti*, consumpti, vel exhausti id est examissionis, finitionis[69] continens vitem.

Vs. 400. *Aeternum*, semper, perpetuo. — *Levandum*, spoliandum.

Vs. 401. *Nemus*, nemus vinearum intellegendum. — *Labor actus in orbem*, annuus.

Vs. 403. *Ac iam*, cum iam olim, hic quemque significat, et finale[70] tempus est autumni. — *Seras*, pristinas, vel seras frondes, sero cadentes; tardè enim spoliantur frondibus vites.

Vs. 404. *Frigidus* et reliqua, Varronis hic versus est. — *Honorem*, foliorum[71] ornatum.

Vs. 405. *Acer* non quilibet, sed acer et diligens. — *Curas venientem extendit in annum*, meditaturus futurum laborem.

Vs. 406. *Dente*, falce. — *Saturni*, qui in eius tutela[72]; *relictam*, non desertam vel neglectam, sed fructu ablato derelictam.

Vs. 407. *Fingit*, conponit, ut ibi *corpora fingere lingua.*

Vs. 408. *Devecta*[73], domum asportata id est debes mundare.

Vs. 409. *Sarmenta*, non quasi praecipiat, ut crementur[74], sed conportato primus, quae crematurus eris. — *Vallos*, furcas, vitium sustentacula; *sub tecta referto*, ne in brevi depereant.

Vs. 410. *Postremus*[75], ut sit vinum optimum; ad laborem primum reconvenit adfore et ad fructus legendos ultimum; *metito*, considera, praecide, legito. — *Postremus*[75] *metito*, id est legito; perseverat enim in translatione, ut quoniam vindemiae segetem dixerat, metendam eandem vindemiam diceret pro colligendam. *Postremus*[75] autem, ut maturius sit, quia quanto maturior fuerit lecta vindemia, tanto dulcius dabit vinum; sic autem metere pro legere dixit, ut alibi *duo tempora messis*[*], cum [de] melle colligendo[76] loqueretur.

---

54) ultū ludencium. 55) iakarus. 56) erigonis. I. filia. 57) iakarum. 58) summum in ususpendentes. 59) cum. 60) inventus ē. 61) suspendisse in laq: e et iniciaue r̄. 62) Aen. IX, 627. 63) ut est antem ante. 64) aras aura ea fronte. 65) iunencus quocies. 66) corylis. 67) Georg. II, 299. 68) capientibus. 69) ficionis. 70) finiale. 71) filiorum. 72) tutella, ut fere semper. 73) devectam. 74) uter ementur. 75) Postemus. *) Georg. IV, 231. 76) colligendos.

Vs. 411. *Bis segetem,* segetem pro terra posuit; dicit[77] enim bis terram propter herbam fodiendam[78] et bis vineam pampinandam. — *Bis,* semel autumno, semel vere.

Vs. 412. *Durus uterque labor* ad pampinandum et ad fodiendum[79], vel tollendarum herbarum et frondium secandarum. — *Laudato ingentia* et reliqua, quia maiores agros et incultos rura dicebant. *Laudato,* id est ingentes silvas incolito.

Vs. 413. *Exiguum,* rus. *rusci* id est inculti agri[80]. — *Rusti,* rusci[81] magis legendum, ut ibi *horridior*[82] *rusco,* genus virgulti vitem impedientis.

Vs. 414. *Arundo*[83], calamus.

Vs. 415. *Inculti* quasi cum indignatione ait causa vitium. —

Vs. 416. *Iam falcem arbusta*[85] *reponunt,* putatae sunt.

Vs. 417. *Effectos,* effectus alii avis sive nomen poetae. — *Antes,* dicuntur angusti quadrato vinearum sive novissimi ordines vinearum; alii macerias, quibus vineae includuntur.

Vs. 418. *Sollicitanda,* fodienda[85]; *pulvisque,* genus ipsum culturae pulveratio vocatur.

Vs. 419. *Iuppiter,* imber.

Vs. 421. *Rastros* ad fodiendum[79] scilicet.

Vs. 422. *Cum semel haeserunt arvis,* negleguntur oleae, cum valentiores fuerint. — *Tulerunt,* passae sunt. *Aurasque tulerunt,* aëris varietatem sustinent.

Vs. 423. *Ipsa satis,* aratum, olivetum.

Vs. 424. *Sufficit humorem,* quia subministrat arboribus. — *Gravidas*[87], abundantes.

Vs. 425. *Nutritur,* cum nutri dicere debuit, pro activi imperativo passivum[88] posuit. *Nutritur* pro nutrit, id est humor vel pastor.

Vs. 427. *Et vires habuere suas*[89], quia tenera virgulta validioribus enituntur[90].

Vs. 429. *Nec minus,* quam ea, quae coluntur. — *Fetu,* utilitate, nam utilitas fetus est. *Gravescit,* virescit.

Vs. 430. *Sanguineis baccis,* baccas[91] sanguineas accipimus poma silvestria. — *Aviaria,* secreta nemora vel quia longe a via posita sunt et inculta, aut quia aves per ea pascuntur.

Vs. 431. *Tondentur,* in usum pecoris[92]. — *Cythisi,* virgultum a Cytho[93] insula dictum, [in qua] abundat[94].

Vs. 434. *Sequar,* prosequar id est enim aërem; *humiles,* infructuosae. — *Humiles,* nam quemadmodum sunt humiles, sic umbram pastoribus faciunt.

Vs. 437. *Undantem,* abundantem. — *Undantem buxo;* buxus vento motata aestus imitatur undarum. *Cytorum,* Cytorus mons in Ponto abundans[95] in buxo.

Vs. 438. *Nariciae,* a luco in quo abundat[96] pix, ut alibi *in Narico posuerunt moenia Locri*[97].

Vs. 439. *Nonulli obnoxia curae,* nihil laboris nostri debentia.

Vs. 440. *Caucaseo,* Caucasus, mons Scythiae, pro quolibet monte; speciem pro genere posuit.

Vs. 441. *Animosi,* violentes, validi spiritus saevique; adlusit ad illud[98] ut ab anima, quae spiritu et alatitudine constat, animosos diceret ventos. — *Euri,* venti.

Vs. 444. *Trivere,* tornavere, subauditur pastores. -- *Tympana,* rotas[99] ingentes. *Tympana*[1] sunt tecta plaustrorum.

Vs. 445. *Pandas,* longas, extensas.

Vs. 447. *Bona,* fortis; *et bona,* bello[2] apta est etiam cornus.

Vs. 448. *Ityraeos,* Persicos, vel Ityraeos, Ityra civitas Cretae. — *Ityraeos,* Ityri gens

77) dicis. 78) fodendam. 79) fodendum. 80) incultragri. 81) rusti, rusti. 82) oridior. 83) Harundo. 84) arbustam. In margine a manu adscriptum antiqua: nec falcem requirunt, quae varians lectio esse videtur, ita ut scribendum sit: nec falcem arbusta requirunt. 85) fodenda. 86) fuerunt. 87) graudas. 88) passi. 89) habuerae sua. 90) eniti. 91) bacis bacas. 92) petoris. 93) achito. 94) dictum habundat. 95) habundans. 96) habundat. 97) Aen. III, 399. 98) illut. 99) rotos. 1) timphana. 2) bella.

orientis incolens Libanum montem, sagittis exercita, vel *Ityraeos*, ab Ityra, quae est pars Iudaeae, Ityraeos[3]) arcus dicit.

Vs. 449. *Nec non*, ordo est, nec non formam accipiunt.

Vs. 451. *Torrentem*, fortem.

Vs. 452. *Missa Pado*. Padus fluvius Italiae, speciem pro genere posuit. *Pado*, bene huius fluminis mentionem fecit, quoniam professus est, se Italiae carmen scribere, dicens: *Salve magna parens frugum Saturnia tellus, magna virum tibi res antiquae laudis.*

Vs. 453. *Arboris antro*[4]), vitiose putridae.

Vs. 454. *Quid memorandum*, ut silvae aliae.

Vs. 455. *Dedit*, praestitit. — Vel *furentis Centauros*, id est Lapithae et Centauri in furorem ebrietate compulsi sunt, vel Centauros in furorem actos a Libero dicit non Lapithas.

Vs. 456. *Centauros*, nomi[5]). *Leto*, morte.

Vs. 457. *Cratere*, figurate pocula dicit.

Vs. 458. *O fortunatos* et reliqua. Nunc laudat[6]) vitam rusticam, et quoniam priora posuit ad vituperationem vini, haec quasi ad consolationem ponit, per quae ostendit, quantas voluptates[7]) [rusticis natura praestiterit.]

Vs. 459. *Procul* id est longe a civitatibus; *discordibus armis*, plenis iurgio aut rapinis.

Vs. 460. *Iustissima tellus*. [Si] iustus, qui quod acceperit, reddit, terra utique iustissima est, quia maiore fenore semina accepta restituit.

Vs. 461. *Si non*, quia non. — Non solum in laude Italiae vitam rusticam laudat, sed etiam urbanam vituperat.

Vs. 462. *Testudine*, camara. — *Pulchra testudine postes*, indicat postes ornatos vel lectulos.

Vs. 464. *Inclusas*, inlaesas; *inclusasque auro vestes*, non usus talis est, sed aurum vestibus intexatur. — *Ephyreia* id est Corinthia, quia a Graeco ante Corinthus Ephyra[8]) vocabatur.

Vs. 465. *Assyrio*, Syrio, apud[9]) eos usus purpurae optimus. — *Veneno*, colore, id est medicamento, antiqui enim venenatas vestes dicebant aliquo colore tinctas.

Vs. 466. *Casia* herba est, de qua fit unguentum. — *Usus olivi*, nam oleum generalem usum habet.

Vs. 467. *At secura quies*, hyperbaton reddit ac per hoc luxuriam exsecratur, ut Iunilius dicit. — *Nescia*, quia innocentes sunt, vel quia inmobilis est status vitae eorum.

Vs. 468. *Latis* vel laetis; *fundis*, fundus[10]) dicitur, quod sit omnium rerum fundamentum. — *Otia*, otium habent.

Vs. 469. *Speluncae* et reliqua id est bona naturalia, non sicut in urbibus; *frigida Tempe*[11]) fons vel loca amoena in Thessalia. — *Tempe*, hoc accipiendum est pro quibuslibet locis, proprie tamen Tempe sunt loca[12]) amoena in Thessalia; tempestate turbata esse dicuntur.

Vs. 470. *Molles* id est dulces ut *mollissima vina* et *somno mollior herba*.

Vs. 471. *Illic saltus* id est venationes. — *Ac lustra ferarum*, haec in urbibus non sunt; bene addit ferarum, quia in urbibus lustra meretricum sunt.

Vs. 472. *Patiens*, non ut urbana, quae est segnis[13]).

Vs. 473. *Sacra deum;* hic intellegi vult, apud solos rusticos reliquias iustitiae remanere.

Vs. 474. *Iustitia excedens* et reliqua. Aratus dicit, primo in urbibus postea in agris fuisse iustitiam.

Vs. 475. *Musae* id est matres philosophiae.

Vs. 476. *Quarum sacra fera*, poeta quasi musarum est sacerdos.

---

3) tyraeos. 4) Arboris antro varians esse videtur lectio pro Ilicis alveo. 5) Hoc scripturae compendium alias pro voc. nominativus ponitur. 6) nun claudit. 7) uoluntates. In parenthesi posita in cod. desunt. 8) ephera. 9) aput. 10) fundas. 11) frigida amoenitatempe. 12) proprietatem pest loca. 13) segnes.

Vs. 477. *Caelique vias*, artes, ut *inveni, germana, viam*[14]), vel circulos quibus sidera continentur. — *Et sidera monstrent*, hic primam philosophiam post rusticam vitam esse dicit.

Vs. 478. *Defectus solis varios*, quia uno modo sol nobis videtur deficere, cum luna[15]) se sibi obicerit. — *Varios*, quia non uno modo. *Lunaeque labores* vel errores, quia non via recta incedit, vel defectus lunae dicit.

Vs. 479. *Unde tremor terris*, alii dicunt, ventum esse in concavis[16]) terrae, qui motatus etiam terram movet; SALUSTIUS dicit venti per cava terrae citati[17]); LUCANUS[18]) quaerentem erumpere ventum credidit; alii aquam dicunt genitalem sub terris moveri et eas simul concutere[19]) sicut vasa. — *Qua vi* et reliqua, alii sic accipiunt obicibus ruptis id est Calpe et Avenum[20]) montibus Hispaniae et Mauritaniae[21]).

Vs. 480. *Rursus*[22]), accessus et recessus dicit.

Vs. 482. *Hiberni*, hiberni nobis cum sunt soles[23]), antipodis nostris [aestivi], nam qui sphaeram scripserant diversa[24]) nobis nos ab illis uno tempore pati dicunt, cum enim sol sive huius modi sive illius excedit[25]), regiones motantur diversitate cardinis.

Vs. 484. *Frigidus obstiterit*, nunc secundum philosophos loquitur, qui dicunt stultos esse homines frigidioris sanguinis, prudentes calidi, unde [senes, in quibus] iam[26]) friget, et pueri, in quibus necdum calet, minus sapiunt. — *Obstiterit*, quia obstitit.

Vs. 485. *Rura mihi*, intermissis illis runtamen fine aliqua superbia intermissa philosophia. — *Rigui*, quod incessabiliter fluant.

Vs. 486. *Inglorius*, valde gloriosus vel ingloriosus valde gloriosus, non ita inglorius.

Vs. 487. Spercheus fluvius Thessaliae. — *Et virginibus bacchata*, in quibus virgines[27]) bacchatae sunt; *Lacaenis* vel Laconicae, et figura est, ut IUNILIUS dicit.

Vs. 488. *Taygeta*[28]) mons et civitas Laconiae id est Graeciae provinciae, de quo credunt descendere Sperchium fluvium, Libero et Bacchis consecratus. — *Haemi*[29]) Thessaliae, in qua sunt Tempe.

Vs. 490. *Felix qui potuit* et reliqua, quoniam Virgilius Epicureus est, hoc ait, quod Stoici dicunt, esse fatum sed inexorabile; *cognoscere*, philosophiam scire. — *Rerum* id est malarum, quae in urbe per ambitionem et avaritiam quaestiones et discordias incitant.

Vs. 491. *Inexorabile fatum*, quia non potest exorari, nemo enim potest ultra fatum vivere.

Vs. 492. *Subiecit pedibus*, id est felix est ille, qui sub pedibus fatum habuit, id est calcavit. — *Acherontis*, inferni; *avari*, quia illa palus nunquam potest saturari.

Vs. 493. *Agresti*[30]) id est agrestium et rusticorum deos.

Vs. 494. *Silvanumque senem*, Silenum. — *Sorores*, Oreades, vel inter se sorores[31]).

Vs. 495. *Fasces* id est honores, fasces quos populus tribuit quare gestiuntur. In hoc versu proprie loquitur honores populi et regum purpuras. — *Purpura*, imperium.

Vs. 496. *Discordia fratres*; discordiam pro avaritia posuit, ex illa enim oritur discordia. — *Fratres*, Remum et Romulum.

Vs. 497. *Aut coniurato*, coniuratio barbarorum non eum sollicitat; quia convenerunt iureiurando ultra flumen Histrum, id est Danubium, et cum se deponerent, coeperunt Romanos[32]) pellere, sed iussu Augusti ab Agrippa sunt proiecti et repulsi. — *Histro*, Danubius, fluvius Scythiae.

Vs. 498. *Non res Romanae* et reliqua. Nam duo dicit, rusticum nec Romanum imperium movet, id est ad ambitum cogit, [nec barbarorum regna peritura][33]). — *Peritura*, quod non sunt perpetua et semper permansura per aevum. *Regna*, vel regna barbarorum.

---

14) Aen. IV, 478. 15) lua. 16) concaus. 17) cittitu. 18) Lucan. III, 460. 19) concuteri. 20) apud Servium legitur: Atlante. 21) ispaniae et mauritage. 22) Rursusq: 23) solis. 24) nā quis perā scripserā t iuersa. 25) excidit. 26) unde dicitur iam. 27) virginibus. 28) Tahygeta. 29) Hiemi. 30) Sic in cod. scriptum. 31) In margine ad Nymphasque sorores adscriptum Dryadasque puellas, quae varians lectio esse videtur. 32) roma. 33) Haec in cod. desunt.

Vs. 499. *Inopem,* non malum esse paupertatem credidit, sed munus deorum, ideo rustici nec bonis nec malis moventur, quia eis[34]) nihil interest; et non ita urbani.

Vs. 500. *Quos,* fruges.

Vs. 501. *Nec ferrea iura,* inexorabilia, invisa, dura, id est inflexibiles leges, quia nihil remittunt.

Vs. 502. *Insanumque forum,* id est propter insaniam litigatorum, aut quia non vident, eaque fiunt in civitatibus mala; hic respicit regnum aureum Saturni. — *Tabularia;* antiquis temporibus, dum Aegyptus sub ditione regis sui erat et non in potestate Romanorum fuit, Romani usum kartae non habentes in tabulis omnia conscribebant, instrumenta et tabelliones dicti.

Vs. 503. *Caeca,* subito in tempestatem surgentia. — *Ruuntque,* piratas et satellites vult intellegi.

Vs. 504. *Regum,* divitum.

Vs. 505. *Penates,* deos.

Vs. 506. *Ut gemma bibat,* in calice gemmato. — *Sarrano,* a civitate Sarra vel Sarrano; apud[35]) antiquos Tyrorum civitas Sarra dicebatur et nunc Tyrus dicitur. Id est ut in Tyria purpura dormiat et in gemmato calice[36]) bibat. *Ostro,* purpura vel conchilio[37]).

Vs. 507. *Alius;* id est Crassus.

Vs. 508. *Hic,* Cicero; *stupet attonitus;* hi[38]) attoniti dicuntur, iuxta quos fulmen decidit, qui timore [stupent.]. — *Rostris,* ut concionetur.

Vs. 509. *Per cuneos,* Pompeius.

Vs. 510. *Perfusi,* Romulus.

Vs. 511. *Dulcia,* ad luxuriam[39]) non ad necessitatem retulit hic dulcia, sicut ibi: *dulcia linquimus arva*[40]), mutant voluntarie scilicet et propter avaritiam.

Vs. 512. *Atque alio patriam* et reliqua, duros nimis describit eos, qui relicta patria ad alios migrant. — *Sole,* climate.

Vs. 514. *Hinc anni labor,* ex agricultura habet substantiam[41]) totius anni. — *Patriam,* villam.

Vs. 515. *Meritos,* dignos. — *Iuvencos,* principes[42]) dixit duri laboris.

Vs. 516. *Nec requies,* rusticis.

Vs. 517. *Mergite* fas[43]) id est abundantia; mergites fasces spicarum sunt eo quod merguntur, a quibus metuntur.

Vs. 519. *Sicyonia,* [a] Sicyone oppido Laconiae, ubi optima oliva nascitur. *Trapetis,* mola olivaria[44]); trapeta saxa sunt, quibus oliva frangitur, a trahendo dicta.

Vs. 520. *Arbuta,* frondes.

Vs. 521. *Ponit,* praestat.

Vs. 522. *In apricis*[45]), in oppositis soli. In apricis, unde etiam senes aprici nominari[46]) possent, qui solem cupiunt propter rigidum sanguinem. — *Coquitur,* ut mitis fiat et dulciorem saporem reddat[47]) vindemia et vina.

Vs. 523. *Interea dulces* et reliqua contra illud: *exsilioque domos* et reliqua[48]).

Vs. 524. *Casta pudicitiam,* in urbibus impudicitia. — *Ubera vaccae* et reliqua, hae sunt opes rusticorum, haec quies melior civitatis.

Vs. 527. *Ipse dies festos* et reliqua, id est alios sibi facit quam qui sunt festi, vel omnes dies sic habet ut festos, et alii, festos dies cum relegione celebrant.

Vs. 528. *Coronant,* vino replent, Homerice[49]) loquitur.

---

34) Dativum eis non in eius cum Burmanno mutandum putavi. cf. Heindorf ad Horat. sat. I, 1, 49. quid referat viventi, et Arndt analecta Horatiana p. 6. 35) aput. 36) calici. 37) concilio. 38) his qui attoniti. 39) lǒxoriam. 40) Eclog. I, 3. 41) substanciam. 42) Scribere voluisse videtur participes laboris. 43) legendum esse videtur fascis. 44) mala olivarius. 45) In pricis. 46) meminisse. 47) reddit. 48) cf. vers. 511. 49) omerice.

Vs. 529. *Te*, Maecenas vel Saturnus.

